

quod a multis retro sæculis non alio jam, quam ipsius sancti præsulis nomine appellatur.

Vitam ejus scribere auctores duo anonymi, quos habes apud Mallandiatas mense Augusto, tom. IV, pag. 805 et seqq. Ex his porro et quibusdam anælectis, quæ ibidem collegere doctissimi hagio-graphi, hæc selecta accipe. Benedictus est puerulus a sancto Columbano abbate in domo paterna apud Vulliacum seu Ussiacum villam pagi Brigensis. Dum adhuc in aula versaretur, hæresim Monothelitarum, quæ ex Oriente in Gallias proreperat, fortiter confutavit; simoniam pro viribus adortus est; multum adjuvit Adonem fratrem in fundanda Jotresensi diocæsi Meldensis monasterio, et ipse in eadem diocæsi fundavit Resbacense an. 654. Electus episcopus non statim consecrari se permisit; sed sacerdos ab episcopo Maticonensi Deodato ordinatus, peregrinationem in Hispaniam suscepit, qua in regione et verbum Dei disseminare non cessavit, et terram nimia siccitate laborantem curavit copiosis imbribus a Deo impetratis. In Galia: re-^lux, factusque, ut jam diximus, anno 640 episcopus, baptizavit Amalbertum filium sancti Geremari; sanctum Vandregisilum primo subdiaconum, deinde diaconum ordinavit; sanctum Geremarium ad presbyteros evexit; interfuit concilio in Babylonensi; sanctum Filibertum abbatem Gemeticensem deceptus ab Ebroino tyranno ac falsis testibus mancipavit carceri, quicum postea, agnito suo errore, reconciliatus est amicitiamque renovavit; eundem sanctum abbatem ac sanctum Vandregisilum invicem dissidentes ad concordiam reduxit; reliquias sancti Mareulli transtulit, Ra-nobertum ab imminente cæde liberavit, et ab Ebroino latam adversus eum mortis sententiam in exilium commutavit. Subscripsit privilegium Chlodovei regis pro sancto Dionysio anno 635, privilegium Emmonis Senonensis archiepiscopi pro monasteriis S. Columbæ et S. Petri Vivi 658, privilegium Bertefridi Ambianensis episcopi pro Corbeia 663, et privilegium Drausii Sues-ionensis episcopi pro parthenone B. Mariæ 666. Præsens fuit morti S. Vandregisili anno 667. Circa id tempus S. Angadrismanum postea Oratorii abbatissam velavit. Childerici funus curavit an. 675. Insigne privilegium a Theoderico III rege obtinuit; Gislemarum patri suo insidiantem redarguit fortiter, eique vindictam divinam postea secuta præstixit: Waningo illustri ac potenti viro persuasit, ut monasterium Fiscannense fundaret; fulgentem vidit in acre cruce eo loci, ubi postea constructum est monasterium, primo Crux sancti Audoeni, deinde Crux sancti Lupredi dictum; alia ipse monasteria, ecclesiasque plurimas et xeno-

A dochia vel fundavit, vel salegit ut fundarentur. Romam perrexit ad limina apostolorum salutanda. Redux in diocæsim suam, pacem inter Austrasios et Neustrasios componere aggressus, Coloniæ petiit, unde ad suos iterum rediens, pie obdormivit in Domino apud villam Clippiacum, ix Kalendas Septembris, anno, ut jam dictum est, 685, multis et ante et post obitum claris miraculis. Quæ fere omnia hic promiscue recensita, suis in decursu hujus voluminis, quantum fieri poterit, chronologicis notis distinguere tentabimus.

Corpus sancti pontificis relatum in urbem suam, conditum est in basilica sancti Petri, quæ nunc suo nomine sancti Audoeni dicitur, in loco quem ipse præparaverat; sed post annos tres et menses novem translatum est a sancto Ansherto successore suo in locum editiorem ejusdem basilicæ ad orientalem partem altaris sancti Petri apostoli, ubi 165. [forte 185] annis requievit; tum Normannorum metu asportatum est primo Vadiniacum, deinde varia in loca, ac deum in Valle monachorum diocæsis Trevirensis; sed Rothomagum paucis post baptismum Hollo-nem, in basilicam sui nominis relatum, et a Richardo I duce ornatissimo feretro donatum decimo sæculo. Medio fere undecimo, dum nova basilicæ illius fabrica erigebatur, per provincias circumvectum est ad collige idas fidelium in hoc opus eleemosynas. Verum anno 1162, impij Calvinistæ et monasterium exilarunt, et corpus sancti præsulis cum plerisque sanctorum aliorum exuviis igne consumpserunt. Superstunt tamen nonnullæ Rothomagensis antiq. quæ vel sacrilegas hagiomachorum illorum manus evaserunt, vel antea variis ecclesiis donatæ fuerant reliquias. Paucis post ejus obitum annis monasteria ejus in honorem construxere Herlemmudus Canonianorum episcopus, et Leutfredus.

De Vita sancti Eligii, quam scripsit sanctus Audoenus, diximus supra tom. IX in ipso sancto Eligio; dixerunt fusius solales nostri in Historia litteraria Fran. tom. III, pag. 626 et seqq. Scripsisse adhuc creditur sanctissimus præsul Vitam sancti Remigii, quam apud Helvetios in abbacia sancti Galli assertari dicunt. Præterea epistolam, quam scripsit ad sanctum Desiderium Cadurcensem episcopum, habes apud Canisium tom. V Antiq. Lectionum, pag. 512; sed merito illi adjudicatur ab eruditis, et tres illi versus de SS. Medardo et Gildardo, quos Samarthani in ipso sancto Gildardo transcribere, et ridicula quædam de anima Dagoberti regis charta, de qua monachus Sandionysianus apud Quercetanum tom. I, et Annonius lib. IV, cap. 54.

S. ELIGII EPISCOPI NOVIOMENSIS

VITA

A SANCTO AUDOENO ROTHOMAGENSIS EPISCOPO SCRIPTA.

[Ex Spicilegio Acherii.]

MONITUM

IN VITAM SANCTI ELIGII.

Sancti Eligii Noviomensis episcopi Vitam, nullis immutatis, sed primigenia phrasi servata, prout nimirum eam conscripsit S. Audoenus, si nonnulla, quæ ipsum Audoenum spectant, ab amanuensis addita exceperis, exoptarunt, meque ut eam emitterem frequenter et anxie interpellarunt viri docti, iique amici bene multi. Tandem abhinc duodecim annis descriptam e vetusto codice Corbeiensis bibliothecæ, et ad

D Conchensis monasterii ms. collatam edidi. Eam duos in libros dispartitam voluit auctor, alter quadraginta capita, octoginta alter complectitur.

Hæc quidem Acherius, quem miramur ita indiligerenter in lectione ejus Vitæ versatum esse, ut in ea interpolatorum audaciam ac temeritatem non deprehenderet. Hæc enim eos tantum latere potest, qui aut nihil ad examen reducant, aut nihil vident. No-

ejus exempla indicavimus aliquot, cum in cap. 32 A lib. 1, tum etiam in postrema nota; quæ tamen sunt ejusmodi, ut cæteris fidem non derogent, quæ S. Audoeni scriptore videri nobis dignissima ultro fate-

nur. In nova hac editione usi sumus variis lectionibus quas subministravit R. P. D. Edm. Martene, ex codice ms. monasterii S. Audoeni, annorum ferme quingentorum.

BEATI AUDOENI PROLOGUS.

Cum gentiles poetæ studeant sua figmenta prolis pompæ stylis, et sæva nefandarum renouent contagia rerum, ac plurima Niliacis tradant mendacia biblis, eorumque vana tantum discurrat gloria, qua veterum neclunt mendacia, cur nos Christiani salutiferi taceamus miracula Christi, cum possimus sermone vel tenui ædificationis historiam pandere plebi? Præsertim cum ecclesiastica traditione et apostolica admoneamur auctoritate, de sanctorum gestis seu virtutibus nonnulla commemorare, ut scriptum est: *Memoria sanctorum cum laudibus* (Prov. x, 7). Et illud: *Laudemus viros gloriosos* (Eccli. XLIV, 1) *qui vicerunt regna mundi* (Heb. XI, 33); *ut sit memoria eorum in benedictione, et nomen illorum permaneat in æternum* (Eccli. XLVI, 14, 15). Quotiescunque ergo sanctorum solemnia anniversario circulo celebramus, aliqua ex eorum gestis ad ædificationem Christianæ plebis convenientia in Christi laudibus recitare debemus: quoniam revera Christi muneris est quidquid in sanctis ejus laudabile est.

Quia igitur omnium pene miracula confessorum, et multiplices victoriæ martyrum, litterarum jam monumentis habentur indita, multique nobilium ex gestis eorum reliquere molem voluminum, nos modo vel exiguum juxta qualitatem ingenii aptare tentavimus librum, in quo de ortu, vitæque cursu, et glorioso obitu sancti et beatissimi confessoris et episcopi Eligii, quem ad plenum experti sumus, adjuvante superna gratia, explicandum suscepimus. Id etiam ante nos jam factitatum ab aliquibus eruditissimis comperimus, sed quia illi curis obligati sæcularibus, ut et ipsi profitentur, cum festinatione finire sermonem, indignum duximus ut tam larga bonitas, tamque eximia sanctitas arcto parcoque attenuaretur affatu. Quamvis ergo et nos tantæ rei narrationi minus simus idonei, indignumque videatur tam laudatæ historiæ exiguum pusillumque fieri auctorem; tamen quoniam mihi olim voti est, et fratrum charitas eadem frequenter exposcit, si Dei juerit favor, quæ mihi comperta sunt, quæque ad memoriam Dominus reducerit, quanquam imperito digeram stylo, non leporem sermonis inquirens, sed sancti simplicem vitam simplici sermone, ipsius animatus præcibus, enarrare tentabo, ejusque vitæ cursum, licet sermone inculto, ingenti tamen amoris obtentu, ferre conabor in publicum; ut cujus est vitæ cum Christo memoria, gloria relatu celebretur in mundo, breveque vitæ spatium æterna memoria compenset in sæculum, atque in hominum ore, dulci commemoratione vivat in terris, qui cum supremis beate vivit in cælis.

Et si quidem velit quis omnem ejus ordinem vitæ litterarum tradere monumentis, certum est quia tanta sunt quæ et volumen magnum requirant et otium. At ego cum sim, sicut sum professus, imperitus sermone, et cum excellentius sit virum sanctissimum mirari quam loqui; cum etiam doctissimi quidquid de eo dicere potuissent, minus procul dubio sit quam meretur; tamen ardore dilectionis plus in illo quid velim, quam in me quid possim consideravi: nam cum sim debitor decem millium talentorum, vel exiguum meæ rusticitatis reddere debitum conatus sum; culpam scilicet metuens silentii incurrere, si agnita miracula ut piger servus silendo occulerem; ne vel unius talenti creditam quantitatem dum niterer cautius custodire, culpa defossæ pecuniæ non carerem; idcirco optimum fore arbitratus sum, ut pecuniæ commercium quod ab Omnipotente accepi, in laudibus Omnipotentis expenderem, atque id quod ab eodem adeptus sum, indignus eidem conferrem subjectus: unde lectorem obsecro, ut vilitatem nostri sermonis non usquequaque despiciat, quia etsi utcumque eloquenter possit oratio promi, ita stylum placet corrigere, ut nec simplicibus quibusque grammaticorum sectando fumos displiceat, nec scholasticos etiam nimia contentos rusticitate offendant, sed perpaucis operta, cunctis prorsus retexat aperta. Nam et ecclesiasticum dogma, etiamsi habeat eloquii venustatem, ita eam dissimulare debet ac fugere, ut non otiosis philosophorum sectatoribus, sed universo loquatur hominum generi; nec enim opus est divinæ doctrinæ sophisticæ aut eloquenter signare sermones, cum scriptum sit: *Qui sophisticæ loquitur odibilis est: non enim est data illi a Domino gratia* (Eccli. xxxvii, 23). Quid enim legentibus nobis diversa grammaticorum argumenta proficiunt, cum videantur potius subvertere, quam ædificare? Quid, inquam, Pythagoras, Socrates, Plato, et Aristoteles nobis philosophando consulunt? Quid sceleratorum neniæ poetarum, Homeri videlicet, Virgilio et Menandri, legentibus conferunt? Quid, inquam, Sallustius, Herodotus et Livius, gentilium texendo historias, Christianæ prosunt familiæ? Quid Lysias, Gracchus, Demosthenes, et Tullius arti oratoricæ insistendo, Christi puris atque præclaris possunt comparari doctrinis? Quid Flacci, Solini, Varronis, Democriti, Plauti et Ciceronis, aliorumque solertia, quot enumerare supervacaneum puto, nostras juvat utilitates?

His itaque omnibus cum suis vanis studiis omissis, ad simplicem propositæ properemus historiæ seriem. Adest ille Plasmator qui linguas infantium fecit disertas, cujus gratiam nobis adesse supplices optamus, et

* *Nimia contentos. Forte contentus, ait Acherius; sed mihi magis placet contextus.*

ipso annuente confessoris sui palmam gradatim narrare possimus. Quapropter lectores obsecramus, et per gloriosum Christi adventum obtestamur; ut si quis hæc legens amore captus exemplare voluerit, syllabarum detrimenta summopere observet, et dudum conscripta exemplaribus rursus conferat corrigenda, ut quæque cum studio et sollicitudine scripta sunt, cum cura et diligentia transcribantur. Hæc idcirco, quia plerumque videmus nonnulla volumina, et præcipue sanctorum gesta, ita scriptorum vitio depravata, ut studiosis quibusque non solum lectitare, verum etiam manibus sit contingere fastidium: at nostra hæc si placet oratio, per incolumem statum catholicæ servetur Ecclesiæ; nam præmium laboris nostri ultima, confido, pensabit dies. Sed ne proluxa præfatio prius fastidium generet, quam lector supercilium historiæ inclinet, licet cum verecundia fratribus quidem obedientiam et illi impendo, de quo non digne loquor, injuriam; sed tributam veniam: confido enim quod devotione non offendo. Nunc vero hæc prima in fronte ex ejus Vita propono.

INCIPIT VITA.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De prosapia S. Eligii et loco nativitatæ ejus.

Igitur Eligius Lemovicæ Galliarum urbe, quæ ab oceano Britannico fere ducentorum millium spatio sejungitur, in villa Catalanense quæ a prædicta urbe sex circiter millibus ad septentrionalem plagam vergit, oriundus fuit. Est itaque præfata civitas partibus sita Arnoticanis in ulteriore Gallia, primaque Aquitania, quæ ad plagam respicit occidentalem, cui contigua est ab oriente provincia Lugdunensis, Galliaque Belgica; habet etiam ab æuro et meridie provinciam Narbonensem: a circio autem ambitur Oceano: porro ab occasu habet Hispanias. In hac ergo regione parentibus ingenuis, atque ex longa prosapia Christianis, Eligius natus atque altus est: cujus pater Eucherus, mater vero Terrigia vocitata est. Ipse autem, divina gratia præsciente, congruum sibi ac veluti speculum mentis suæ Eligius nomen accepit. Ergo cum propositum sit de his quæ gessit, imo ea quæ Dominus per eum operari dignatus est, sicut gesta constant, narrare: tamen id quod priusquam nasceretur ad indicium sanctitatis ejus ostensum est, quodque magnorum virorum testimonio didici, omittere non debeo.

CAPUT II.

De præsentio quod sensit mater de puero.

Cum adhuc vir beatus matris esset alvo iuditus, vidit genitrix ejus visionem, quæ hujusmodi habet ordinem. Videbat quasi aquilam valde pulchram supra suum volitantem stratum, ac se tertio inclamantem, sibi que quid nescio pollicentem, cumque ex reciproca voce evigilasset, perterrita nimis cœpit mirari quænam esset hæc visio. Interea venit tempus pariendi, et præ magnitudine doloris cœpit mater periclitari; vocaverunt autem quemdam religiosum presbyterum boni testimonii virum, ut pro eadem orare deberet; qui cum venisset ad eam, quasi prophetica mox usurpans verba, ait ad illam: Noli, inquiens, mater, timere, quoniam benedictum partum tibi Dominus dignabitur largiri; erit enim vir sanctus ac de gente sua

A electus, vocabiturque magnus in Ecclesia Christi sacerdos.

CAPUT III.

De moribus quibus optimis accrescebat.

Igitur Eligius nutritus est in fide recta, atque imbutus a parentibus Christianis religione catholica; exinde igitur pueritiæ annos excedens, ævum adolescentiæ cum industria gerebat, et quidquid operis suæ ætati congruum arripisset, mira agilitate perficiebat. Cum ergo videret pater ejus tantum filii ingenium, tradidit eum ad imbuendum honorabili viro, Abboni vocabulo, fabro aurifici probatissimo, qui eo tempore in urbe Lemovicina publicam fiscalis monetæ officinam gerebat: a quo in brevi hujus officii usu plenissime doctus, cœpit inter vicinos et propinquos in Domino laudabiliter honorari; gerebat enim simplicitatem columbæ, ne cuiquam machinaretur dolos; habebat et serpentis astutiam, ne aliorum supplantaretur insidiis; dignum quoque in cunctis habens ingenium, et facile loquebatur et pure. Ecclesiarum etiam conventiculis frequenter intererat, quæcumque ibi ex divinis Scriptoris recitabantur, aurem libenter accomodans, avidissime hauriebat, atque ita in cordis sui memoriam recondebat, ut etiam cum absens esset, ea quæ didicerat meditatione intentissima ruminaret.

CAPUT IV.

Relicta patria, Franciam petiit.

Interea post aliquot annos exstitit quædam causa, divina, credo, gubernante providentia, ut, relicta patria, et parentibus, Francorum adiret solum, ubi paucis degens diebus factus est notus cuidam regis thesaurario, Bobboni vocabulo, viro honesto et mansueto, cujus se patrocinio committens, sub ejus ditione degebat, strenue enim ad omne opus se aptabat, et omnes cum quibus colloqui potuisset in suo amore annectebat.

CAPUT V.

Quo ordine ad notitiam regis pervenit.

Post aliquod autem temporis intervallum pervenit ad notitiam Clotarii Francorum regis hujusmodi

* Ab æuro. Sic codex S. Audoeni: prior editio in Euro.

ex causa. Volebat enim idem rex sellam urbane auro gemmisque fabricare, sed non inveniebatur in ejus palatio qui hujusmodi opus, sicut mente conceperat, posset opere perficere. Cum seiret ergo præfatus regis thesaurarius Eligii industriam, cœpit eum explorare ^a si quominus opus optatum posset perficere, et cum facile id apud eum fieri intellexisset, ingressus ad principem indicavit ei invenisse se artificem industriam, qui dispositum sine cunctamine aggrediretur ejus operis artificium. Tunc rex mento gratissima tradidit ei copiosam auri impensam, sed et ipse nihilominus tradidit Eligio : at ille acceptum opus cum celeritate inchoavit, atque cum diligentia celeriter consummavit. Denique quod ad ænius opificii acceperat usum, ita ex eo duo composuit, ut incredibile foret omnia ex eodem pondere fieri potuisse ; nam absque ulla fraude, vel unius etiam silicæ imminitione commissum sibi patravit opus, non exteriorum fraudulentiam sectans, non mordacis limæ fragmina culpans, non sæcæ edacem flammam incusans, sed omnia fideliter complens, geminam feliciter meruit felix remunerationem. Opus ergo perfectum defert protinus ad palatium, traditque regi quam donaverat sellam, altera partes se quam gratuito fecerat, reservata. Cœpit tunc princeps mirari simul et efferre tantam operis elegantiam, jussitque illico fabro tribuere mercedem laboris dignam. Tunc Eligius altera ex occulto in medio profata : Quod superfluum, inquit, ex auro ne negligens perderem, huic operi aptavi. Confestim stupefactus Clotaricus, et majori admiratione detentus, sciscitabatur opificem si cuncta ex eodem penso facere potuisset, et cum consequenter juxta id quod fuerat sciscitatus responsum accepisset, ingenium ejus sublimi favore attollens : ex hoc jam, inquit, etiam in maximis credi poteris. Porro hoc fuit initium, necnon et testimonium in palatio regis, honorandi credendique Eligium : ex hoc nempe ad altius coarsurgens factus est aurifex peritissimus, atque in omni fabricandi arte doctissimus, invenitque gratiam in oculis regis, et coram cunctis optimatibus ejus, Dominoque juvante roborabatur in fide, et a rege provocatus crescebat quotidie in melius.

CAPUT VI.

Eidem rex juramentum extorquere nisus est.

Me igitur presente, nescio quam ob causam, nisi **D** quod facile datur intelligi fidelitatis obtentu dum apud regem puerulus habitarem, quadam die Rotoilo in agro. accito rex Eligio eorum reliquiis sanctorum præcipiebat ei ut impositione manuum sacris pignoribus donaret sacramentum ; sed ille divinum intuitum verens, recusare humiliter omni nisu tentabat : cumque instantius id facere compelleretur, anxius valde cœpit mox ubertim lacrymas profundere, metuens, scilicet, regem offendere, septuplumque pavens sanctis pignoribus manus imponere. Intuens

^a Si quominus. Malo, si quo modo. Infra edidimus ex Codice sancti Aud. operis artificium, ubi, opus tantum legebatur, et fragmina, quo loco editum erat fragmen.

A itaque rex ejus timorem, simulque mirum tantum viri devotionem, desit eum ultra cogere, sed magis blande leniterque demulcens latissimo eum vultu dimisit, pollicens se plus eum ex hoc jam crediturum, quam si multimoda tunc dedisset juramenta.

CAPUT VII.

Quo ordine poenitentiam gesserit.

Non post longam spatium enim jam Eligius virilem ageret ætatem, cupiens se vas Deo exhibere sanctificatum, ac metuens ne aliqua suum delicta ^b peccata frustrarent, omnia adolescentiæ suæ coram sacerdote confessus est acta ; sicutque sibi austeram imponens poenitentiam, cœpit fortiter colluctationi carnis, spiritus fervore resistere, in laboribus scilicet secundum Apostolum, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in patientia multa, atque in charitate non ficta : proponebat namque sibi adversus præsentis carnis ardores futuri supplicii ignes, ac memoria ardoris gehennæ afitorem excludebat luxuriæ. Orabat jugiter pro donis cœlestibus, precabatur Deum diebus ac noctibus, illud ex libro Job crebrius revolvens : *Ego, inquit, deprecabor Dominum, et ad Deum ponam eloquium meum : Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero. Qui ponit humiles in sublime, et moerentes erigit sospitate (Job v, 8, etc.).* Admebat sibi saturitatem panis, ut cœlestem posset promereri panem. Ora quidem ejus jejuniis pallebant, corpus aridum marcescebat, sed mens acris semper æternæ patriæ amore astuabat ; et unde graviora recordabatur, inde patientius leviora portabat ; semper enim præsentis vitæ terminum intuens, futuram Dei sententiam ac metuenda judicia formidabat, sciens scriptum : *Beatus homo qui semper est pauidus (Prov. xxviii, 14).* Et illud Apostoli : *Cum timore et tremore vestram salutem operemini (II Cor. vii, 15).* Necnon et illud Job dictum : *Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum (Job xxxi, 23).* Ad Domini sui pedes noctibus jacebat, manibus peccata tundens, genas lacrymis ltrigans, moderatoque suspirio oculis ad cœlum levatis, illam semper respiciebat, quem fortasse delinquendo offensus timebat ; ac lacrymabili voce hæc crebris verba geminabat : *Tibi soli peccavi : miserere mihi secundum magnam misericordiam tuam (Psal. li, 3).* Et illud beati Job : *Memento, inquit, quia ventus est vita mea (Job vii, 7).* Et : *Parce mihi, nihil enim sunt dies mei (Ibid., 10).* Et ex eo quodammodo egrediens, illud ante suum pingebat mentem : *Quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligentibus se (I Cor. ii, 9).* Idcirco ista jugiter meditando quanto plus proficiebat, tanto plus humiliabatur ; ut quanto plus humiliatus fuisset, tanto amplius proficeret. Cujus tanta fuit modestia, tanta fuit et venia ; et quantum se humiliter affixerat, tantum clementer sublimari a Domino meruit. O profunda benignitas Dei ! si ve-

^b Peccata frustrarent. Hic sancti Aud. Codex habet, peccata suscarant, ex eodem statim edidimus adolescentiæ suæ, ubi legebatur ad adolescentiæ suæ.

locior venia, quam offensam! O felix poenitentia, quæ **A** tam velociter ad se Christi traxit misericordiam! quæque non prius assiduo fletu delictorum flammam exstinguendo, frequentique jejunio peccatorum virus excludendo destitit, quam misericordiam quam pecebatur a Domino impetraret. De talibus quippe per Malachiam prophetam Dominus dicit: *Dedi ei timorem, et timuit me; et a facie nominis mei pavebat* (*Malach. II, v*). Hinc item scriptum est: *Timor Domini expellit peccatum*. Et rursus: *Qui timet Dominum nihil trepidabit, et non pavebit, quoniam ipse est spes ejus* (*Eccli. I, 27*).

CAPUT VIII.

Divinitus remissionis indicium accepit.

Denique quodam tempore interpellans pleno peccatore corde exorgebat, ut si esset accepta Deo ejus poenitentia, quousque ei modo dignaretur dare notitiam. Habebat itaque in cubiculo, ubi assidue enitare solitus erat, multorum pignora sanctorum in supernis dependentia, sub quorum sacro velamine reclinata in officio capite orare consueverat nocte; quo nimirum in loco, cum ex more quadam nocte in oratione prostratus super cilicium incumberet, somno ingrante oppressus veluti transeundo in momento obdormivit, visumque est ei sensitisse repente quendam, atque dixisse: *Ecce, Eligi, exaudite sunt preces tuæ, indiciaque olim quæsitæ nunc tibi concessa*. Mox ille excitatus odorem hausit gratissimum, sensit etiam ex gerulo reliquiarum guttas suavissimas super suam lenissime delibere caput; ex quo nimis attonitus surrexit velociter, et sollicitè conspiciens vidit quasi balsamum distillare de chrismario et pallio quo erat opertus, tanta quippe fragrantia odoris suavissimi totum illud repleverat cubiculum, ut ipse vix ibi subsistere quivisset. Tunc memor sue petitionis, animamque largitatem bonitatis Dei miratus, alius ingemiscens fidem retributorem ex imo corde benedicebat Christum, qui nunquam doreliquit sperantes in se. Hoc ergo fuit initium virtutum ejus, imo omnipotentis Dei, per quem omnes omnia possunt. Quod cum vir sanctus sodali suo Audoeno nomine, cognomento Dadoni, quem sicut animam suam diligebat, secretius enarrasset, vicissim ab eo cregit ne usquequo ipse in corpore maneret, eadem **D** inquam indicaret. At ille hæc audiens cepit continuo animo compungi, cepitque secreta arcanorum ejus via quadam interni amoris accendere; jamque ex hoc appetitæ sæculi blandimentis cupiebat ex studio Eligium semelari ad bonum; accito etiam germano suo Adome in consilio communi; erant enim viri inelyti optimates aulae, filii, scilicet, Autharii. Hi ergo habito communi consilio coeperunt imitari quæ ab Eligio gerebantur; eratque eis familiare consuetum et cor unum in Domino atque anima una.

^a *Ferebatur ei*. Sic laudatus sancti Aud. Codex. *Editi ferebatur ejus*.

^b *Preparatum*. Quæ sequuntur eum in hoc capite,

CAPUT IX.

De morte Clotarii, et quanta familiaritate habitus sit apud principes.

Invenit ergo Eligius gratiam coram Deo, et coram regibus Francorum, et ^a ferebatur ei ab omnibus testimonium in tantum, ut copiosam molem argenti et auri vel gemmarum absque ulla pensa a rege acciperet: crecebatque ei honor cum magno favore de die in diem, et omni ex parte probatus vernabat, in aula devotus. Mortuo interea Clotario rege Francorum, Dagobertus filius ejus monarchiam regni solus obtinuit, a quo Eligius tanta familiaritate habitus est, ut plurimorum ejus felicitas ingens gigneret odium. Siquidem oderant eum pravi quique, quoniam magnopere oderat ipse superbiam, diligebat veritatem, et **B** cum esset strenuus, jugis ei erat contra eorum vesaniam pugna, perpetuumque certamen; sed plane illum boni omnes admirabantur et diligebant, quia noverant catholicam hominis scientiam, ac patriæ cælesti mentem jugiter intentam, semperque actibus bonis ^b preparatam. Sectabatur itaque jugiter charitatem, mansuetudinem et longanimitatem, diligebat Deum ex toto corde, et ex tota anima, atque ex tota virtute: erat quoque tranquillum moribus, et serenus aspectu, gerebat vultum planum, moderatam speciem, ornatum aspectum, quietum sensum, animum lætum, humilem sapientiam, semper opera bona factis amplius quam verbis ostendebat. Corpus fame castigans, jejunium potius quam epulas amans; dolentem consolans, spem suam Deo committens, orationi frequenter incumbens, nihilque amoris Christi præponens, quod credebatur docens, quod docebat imitans; semper enim ante oculos ejus dies ultimus versabatur, semperque mens ejus præcepta cælestia meditabatur: orabat autem frequenter, quia didicerat quod oportet sine cessatione Dominum rogare: satagebat magnopere ne secundus cuiquam in operibus bonis inveniretur. Erat etiam erga famulos Dei valde humanus atque benignus; charitatem vero super omnia et ipse diligebat, et omnibus servare mandabat; existebat utique in cunctis casibus firmus, omniaque adversa patienter ferebat; pericula aliena in se pertimescebat, aliorumque casus suos esse laqueos judicabat. Finem quoque vitæ sollicitè semper considerabat, metuens ne se tanquam fur hora illa inermem comprehenderet. Cum opere etiam lectioni vacabat, sciens quod lectione sensus augetur et intellectus tribuitur, et quod lectio docet quid caveatur. Erat vero erga omnes humilis nimiumque in humilitate fundatus; nulli se præponens, nulli superiorem se deputans; sciens et illud, quia si quis perfecta contentus fuerit humilitate, habebit ex illa gloriam, et quanto quis humilior fuerit, tanto eum altitudo gloriæ sequetur.

Habebat enim temperamentum in prosperis, patientiam in adversis, mentemque nec gaudio nec mœrore a Christi unquam amore revocabat. Irascebat

etiam in proximo usque ad illa verba, *Id etiam et in peregrinos*, etc., non leguntur in Codice sancti Audoeni.

tam quoque patientia deliniebat, et blandimento iracundiam furentis temperabat, ac sic alienam miseriam tanquam suam lugebat; eratque ei in ingressu simplicitas, in motu puritas, in gestu gravitas, in incessu honestas, in jejunio hilaritas; animus enim ejus in modestissimo corporis habitu apparebat: erat etiam parcus in sermone, blandusque in eloquio, tristem imoque dolentem dulci consolabatur affatu. Hoc proferebat ex labiis quod mentem ædificaret audientis; fiebatque ejus sermo expectationi Ecclesiæ utilis; nihil enim ex omnibus quæ egisset bonis meritis suis tribuebat, nihilque in viribus suis unquam præsumebat, sed omne opus suum ad Deum semper conferens, in cunctis actibus ejus auxilium implorabat. Bonum quod didicerat docebat, verba tamen operibus præcedebat, sciens quoniam non est laude dignum quod docet quis, nisi dictis facta conjunxerit, sed potius si quod docet et facit, tunc gloriosus habebitur; unde et Apostolus: *Ne cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* (I Cor. ix, 27). Hostem præterea invisibilem orationibus et precibus repellere jugiter contendebat, pugnans ore, non gladio; orationibus, non telo; precibus, non ferro. Cunctis autem diebus, cunctis horis, Dei flagitabat præsidium, ut dignus post mundi luem posset pervenire ad bravium. Res temporales tribuebat egenis, ut pro eisdem mercaretur paradisi delicias. Devitabat quidem superbiam, amplectebatur humilitatem: Dei semper auxilium rogans, finem jugiter felicem postulans. Quis enim illo tempore humilitatem ejus cernens, non protinus compungeretur? Aut quis amator pecuniæ, ejus humanitatem et parcimoniam, devotionem quoque et studium aspiciens, non confestim admirando obstupesceret? Nam quidquid honorum in principio arripuit, usque ad finem vitæ nullis negotiis passus est implicari, sed integrum et sanctum propositum servans, in nullo cœptam regulam commutavit; sub habitu enim alterius semper alteri militavit, et quidquid habere potuit in mundo, Christo tradidit ex toto.

CAPIT X.

Quanto studio in Dei timore et misericordiæ operibus profecerit.

Pollebat itaque magis ac magis in vigiliis, in jejuniis, atque in charitate: fabricabat in usum regis utensilia quamplurima ex auro et gemmis: sedebat fabricans indefesso, et contra cum Thille vernaculus ejus, ex genere Saxonico, qui, magistri sequens vestigia, et ipse postmodum venerabilem vitam duxit. Sedens ergo Eligius ad opus prædictum, Codicem sibi met præ oculis præparabat apertum, ut quoquo genere laborans divinum perciperet mandatum; sic igitur duplum gerens officium, manus usibus hominum, mentem usui mancipabat divino. Fragrabat ejus ubique fama, in tantum, ut si qui ex Romana, vel Italica, aut Gothica, vel quacunque provincia legationis fœdere, aut alia quacunque ex causa palatium regis Francorum adire pararent, non prius regi occurrerent quam Eligium aggrederentur, vel juvamen alimoniam ab eo poscentes, vel certe consi-

lium salubre querentes; confluebantque ad eum undique viri religiosi, advenæ quoque et monachi, et quidquid militare poterat aut eis in eleemosynam dabat, aut certe captivorum in pretia distrahebat; habebat enim maximum in hujusmodi opere studium. Sane ubicunque venundandum intellexisset mancipium, magna cum misericordia et festinatione occurrens, mox dato pretio liberabat captivum; interdum etiam usque ad viginti et triginta, seu et quinquaginta numero simul a captivitate redimebat; nonnunquam vero agmen integrum, et usque ad centum animas, cum navi egrederentur, utriusque sexus, ex diversis gentibus venientes pariter liberabat, Romanorum scilicet, Gallorum, atque Britannorum, necnon et Maurorum, sed præcipue ex genere Saxonorum, qui abunde eo tempore veluti greges a sedibus propriis evulsi in diversa distrahebantur: quod si contigisset ut copiosus venditorum numerus mensuram pretii excederet, cunctis præter corpus proprium quæ habere poterat, usque ad cingulum et amphibalam, necnon et victum necessarium, sed et usque ad calceamenta se expoliabat, tantummodo ut captivis subveniret.

Id etiam et in peregrinos Christi sæpissime faciebat. O quoties debitor esse voluit, ut debitoribus, subveniret? Quoties brachile aureum, pungam quoque auro gemmisque comptam sibi surripuit, tantum ut miseris succurreret? Ut autem breviter comprehendam, tantam captivorum multitudinem per succedentia temporum spatia a duro dominorum absolvit jugo, tantasque eleemosynas diverso hominum generi utriusque sexus, diversis ecclesiis ac monasteriis distribuit, ut nullus ea orator quamvis eloquens ad plenum narrare sufficiat: redemptis enim captivos protinus coram rege statuens, jactatis ante eum denariis chartas eis libertatis tribuebat; deinde trinam ipsis optionis proponebat electionem, id est, ut si qui velint jam liberi ad propriam remeare patriam, ipse eis, in quantum suppetebat, præberet subsidium; si qui autem cum ipso velint permanere, libens valde accommodabat assensum, illi duntaxat non jam ut servi, sed potius ut fratres cum eodem degerent; porro si quibus [Cod. S. Ant., quos], suadere poterat ut venerabilem monachorum vitam arripientes clastra cœnobii expeterent, hos tamquam dominos insigniter honorans, vestimenta etiam et quæque erant necessaria tribuens, illico archisteriis cum exultatione destinans, cum grandi demum sollicitudine eorum gerebat curam. Habebat præterea secum plures vernaculos in suo contubernio degentes, sibi quoque necessario jugiter obtemperantes, de quibus erat Baudericus ejusdem liber comprovincialis, qui in omnibus honeste valde ejus curam gerebat. Erat etiam Tituenus genere Suevus, fidelis cubicularius laicus, qui postea ad mercedis cumulum pervenit interemptus; necnon et Buchinus ex gentili conversus, qui et ipse postea venerabilis exstitit, ac Ferrariensi cœnobio præfuit. Andreas quoque et Martinus atque Joannes, qui eo etiam præ-

curante ad clericatum pervenire metuerunt, sed et alii quamplures quos enumerare perlongum est, qui die nocturne in ejus camera cum omni studio solemniter canonicum adimplere studebant cursum.

CAPUT XI.

Quantum pauperibus et peregrinis præbuerit obsequium.

Multitudo præterea pauperum, sicut apes ad alvearium, undique quotidie ad eum confluebant, in tantum ut si quis ignotus aut peregrinus Eligii inquirens domicilium, cum ex eo interrogaret quempiam, id ab eo reciperet responsum: Vade, inquit, illam in plagam, et ubi pauperum cætus conspexeris, illic utique et Eligium reperies: sicut enim, ut dictum est, apes circumdant favum, ita assidue turbis pauperum constipatus incedebat Eligius, quibus aut per se, aut per famulum alimoniam pariter et eleemosynam tribuens, benignissime quotidie refovebat; habebat enim et loculos ubi aurum distribuendum secum jugiter portare consueverat, ne sicubi pauperem fortuito obviasset, dilatio vel parva porrigendi intercederet: cui quot pauperes obviant, tot sportella vicibus perculsa (ut simpliciter dixerim) trita, imoque polita de beato digito videbatur. Quid plura? Quidquid habuit, excepto tegumento et victu, totum egenis et monasteriis dispersit; sciens Apostoli esse præceptum: *Habentes victum et vestimentum, his contenti simus (I Tim. vi, 8)*; Et: *Qui volunt divites fieri in hoc mundo incidunt in tentationem, et laqueum diaboli, et desideria multa et inutilia, et nociva, quæ mergunt hominem in interitum et perditionem (Ibid., 9)*. Nam cum vespertinis horis sæpe post biduum, nonnunquam vero post triduum, paratum accederet sumere cibum, destinatis in diversa famulis, omnes quos invenire potuissent egenos, et peregrinos, seu mendicos, ac languidos, sibi ad luci præcipiebat: hoc etiam cunctis diebus (exceptis his quibus et ipse recubabat) faciebat; raro enim aut certe nunquam contingebat ut cum eo pauperes minime conviventer, quibus adductis ipse proprie famulorum intercipiens officium, eorum necessitatibus alacriter valde inserviebat, avellens ab humeris sarcinas, a detera mantilibus levigans, aquam manibus fundens, merumque scypho refundens, ipse bibere porrigens, buccellam ipse præbens, omnes postremo in ordine faciens mensæ discumbere, ipse panem frangens, cibum iidemque inferens; postremo his peractis omnium fame reflecta, sic ipse aut ante eos stans, aut certe ad cornu cartibulæ vili sellula utens, valde exigens, atque ex comedentium sumebat fraguine cibum; plerumque enim egenis ad mensam juxta mortem vocatis, cum et ipsi esset congrua hora cibum sumere, mensa allata necnon composita, manibus etiam lotis, ne unus quidem supererat qui illico invitatis apponi debuisset panis, omnibus, ut sæpe contingebat, eadem die usque ad victum, aut in eleemosynas redactis, aut in pretia captivorum assumptis;

^a *Detera*. Acherius conjicit *dorsa mantilibus levigans*, quod non displicet.

^b *Inauratos*. Sic emendavi ex conjectura, nam

sed cum quidam ex famulis circumstantibus hæc sæpius videntes irriderent, nonnulli etiam humiliter incipiam compaterentur, universos simul vir beatus coetens, atque refovens, aiebat: Quid molesti estis, modicæ fidei? nunquid qui Heliam et Joannem in deserto pavit, nobis modo in medio cætu suum fraudabit beneficium? Credo, inquit, in Creatorem meum, quoniam et si nos non meremur, hi tamen pauperes Christi refocillati hodie ipsius dono ab hoc recedent tabernaculo. Nec mora, aliquando priusquam verba compleret pulsabant viri vestibulum domus, panes, cæteraque necessaria affluenter deferentes quos aut rex, ut sæpe consueverat, aut dives quidam, aut devota mittebat persona; omnes enim jam compertum habebant et quibus Eligius indigeret, et quibus sui juris substantiam dispergeret; undecunque ergo veniret, Eligii tamen eum fides nunquam sefellit, quoniam veraciter dicit Scriptura: *Quia hilarem datorem diligit Deus (II Cor. ix, 7)*. Et hoc sane non transitorie, aut ad momentum fecit, sed omni pene vitæ suæ tempore id agens, tale Gallicæ exemplum reliquit. Sed dum vidi hominem, cur etiam non et formulam ejus depingam?

CAPUT XII.

Descriptio habitus et formæ ejus; et jugitas orationis.

Erat enim statura prolixus, et facie rubicundus; gerebat cæsariem formosam, et crinem quoque circumillatum, manus habebat honestas et digitos longos, Angelicum vultum, simplicem et prudentem visum: utebatur quidem in primordio auro et gemmis in habitu, habebat quoque zonas ex auro et gemmis comptas, necnon et bursas eleganter gemmatas; lineas vero metallo rutilas, orasque sarcarum auro opertas, cuncta quidem vestimenta pretiosissima, nonnullæ etiam holoserica; sed his omnibus ad ostentationem fugiendam primo tempore utebatur in palam, intrinsecus vero ad carnem cilicium gestabat ex consuetudine; postea vero, cum ad altius profecit, cuncta ornamenta in egentium necessitatibus consumpsit. Videres plerumque ire funiculo cinctum, vilibus vestibus tectum, quem videbas dudum radiantis auri et gemmarum mole opertum; nonnunquam vero cum videret eum rex ob devotionem amoremque Christi exspoliatum, surripiens sibi ipsi dabat ei proprium et indumentum et cingulum; dicebat enim non esse dignum hos qui sæculo militarent incedere inauratos, et hos qui ob Christum cuncta sibi auferrent esse inglorios.

Idemque apud regem habitans habebat mansionem assidue subjunctam cum Dadone; sicut enim animam suam, ita diligebat illum, de cujus quidem exemplis multa sumpsimus, quæ nec a longe utique narrare sufficimus. Habebat itaque in cubiculo suo multa sanctorum dependentia pignora, necnon et sacros libros in gyro per axem plurimos, quos post psalmodiam et orationem revolvens, et quasi apud prudentissimam diversos ex diversis flores legens, in alvearium sui pe-

ditum erat *inornatos*, et Acherius, cui hæc lectio displicebat non immerito, addiderat in ora libri: *Fortè, ornatos*.

clitoris optima quæque recondebat. Erat ei consuetudo in noctibus cilicium ante lectulum sternere, seque aut a primo crepusculo, aut post paululum quietis citissime lectulo excutiens, super illud submisso capite prostratum orare, sicque plerumque noctem totam excubiis insistendo cum lacrymis ducere, grandis enim ei attributa erat gratia lacrymarum; nam diversis modis, in quantum humana permittere poterat natura, jugiter insistebat, ut omne noctis spatium in Dei consumeret servitium; cum enim prolixè oraret, pro quodam levamine intermittens orationem psalmos concinebat ex ordine, quibus longè cantatis ad lectionem illico accedebat; dumque sacra verba percurreret, videres repente suppliciter oculos ad cælum levare, suspiria suspiriis jungere, fletum lectioni miscere, singulibus pectus quatere, atque ora lacrymis uberrime perfundere; et cum plerumque inter ipsa divina verba somno vehementer ingruente gravaretur, ex ipsis quodammodo lectionis verbis etiam per somnum meditabatur; cumque subito excitus lectionem expleret, rursus se secundum morem conferebat ad orationem, in quo opere tantum silentio studebat, nusquam caput reflectens, nihilque aliud intendens, ut vix halitus spiraminis ejus quisquam audire posset. Sane frequenter diversis ex causis et noctu et maturius in regis cameram vocatus nullatenus pergebat, etiamsi missi assequerentur missos, priusquam suum propositum in Christi compleret obsequium; egrediens enim domo, orationis et crucis muniebatur signo, regrediens vero domum, oratio occurrebatur ei priusquam sessio. Taliter nempe agebat cunctis diebus vitæ suæ, et his exercitiis ad æternam patriam jugiter anhelabat. Erat itaque omnino affabilis atque subtilis, corde pius, et animo etiam ad belligerandum fortis.

CAPUT XIII.

Britanniam adiens, pacem cum principe fecit.

Denique aliquando rogatus a rege legatione fungi partibus Britannia, nihil ille cunctatus perrexit tam oculus, quam Christi charitate securus. Quo cum pervenisset, Britannorum principem adiit, causas pacti indicavit, pacis obsidem recepit; et cum nonnulli jurgia eos vel bella mutuo sibi indicere æstimarent, tanta præfatum principem benignitate et mansuetudine ac lenitate attraxit, ut etiam secum eum adducere facile suaderet. Commoratus ergo ibidem aliquandiu, rediens demum perduxit secum regem cum multo exercitu generis sui, eumque Criolo in villa regi Francorum præsentans, pacifice confœderavit; qui copiosa munera intulit, sed uberius muneratus ad propria rediit. Sed quis plene sufficiat enarrare

^a *Elatus.* Ita legitur in Codice sancti Aud. Prior editio, *inflatus.*

^b *Domesticus.* Qui regias pecunias in unaquaque hujus regni provincia colligebat, et in regium thesaurum deferri curabat, Dagoberti ætate domesticum esse dictum ex hoc loco apparet. Quod nomen Franci a Constantinopolitanis mutuati erant, ut ex Leonis Tactici conjicere licet. Nam cum imperator ille cæterorum officiorum publicorum in singulis thematibus nomina et munia descripsisset, et a protonotario res publicas administrari, chartularium militibus descri-

quantas in eodem itinere eleemosynas Eligius fecerit? nam præter aurum cæterasque opes quas distribuit, etiam suum cingulum aureum elegantissimo aptatum pauperibus ac necessitatibus patientibus dispersit, ut apte ei Psalmistæ vox posset congruere: *Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sæculum sæculi (Psal. III, 8).* Semper enim ubicunque pergeret, sententiam Apostoli meditabatur, dicentis: *Ilabentes victum et vestitum, his contenti simus; nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum diaboli (I Tim. VI, 8).* Et hæc jugiter considerans faciebat sibi amicos de mammona iniquitatis, qui se recipere æterna in tabernacula: atque ita salutabat, ut cum hæc omnia faceret, ostentationem penitus fugeret, ne in hoc sæculo laudes humanas suo pro opere reciperet; nam nunquam pro excellentia sua est elatus in superbiam, nunquam servos suos obducta fronte contempsit; sed cunctis ipse amabilis, principes diligebat ut fratres, venerabatur ut dominos, eorum etiam ministros, ac universum Palatii ordinem, quos regalis frequentatur ambitio, concordissimo sibi charitatis conglutinaverat vinculo.

CAPUT XIV.

Apud regem Dagobertum quidquid poposcisset, obtinebat.

Porro rex Dagobertus torrens, pulcher, et inclytus, ita ut nullus ei similis fuerit in cunctis retro Francorum regibus, in tantum diligebat eum, ut frequenter cæteris principum, optimum quoque, et ducum atque episcoporum se subtrahens, Eligii secreta peteret conciliabula; nam quidquid eidem Eligius postulasset, absque ulla dilatione impetrabat, quidquid vero adipisci potuisset, in eleemosynas egentium, in pretia captivorum, in remedia debiliū expendebat, unde et ipse princeps libentissime præstabat quod sciebat non uni, sed pluribus prodesse.

CAPUT XV.

Quo ordine monasterium Solemniacense ædificavit.

Denique inter cætera expetivit ab eo villam quamdam in rura Lenovicino cognominante Solemniacodicens: Hanc mihi, Domine mi rex, serenitas tua concedat, quo possim ibi et mihi et tibi scalam construere, per quam mereamur ad cælestia regna uterque conscendere. Quam ejus petitionem libenter rex sicut solebat annuit, et quod poposcerat sine mora dato præcepto concessit. Erat enim tempus quo census publicus ex eodem pago regis thesauro exigebatur inferendus, sed cum omnis census in unum collectus regi pararetur ferendus, ac vellet domesticus simul et monetarius adhuc aurum ipsum fornacis

bandis et inquirendis esse intentum, prætorem litibus judicandis operam dare monuisset, quod fuerit domesticus munus siluit, ex quo mihi non improbabiler concludi posse videtur domesticum fuisse eum qui publicum ærarium administrabat. Locum ipsum describere juvat, quod nec a Meursio sit intellectus, et eorum qui de thematibus scripserunt, diligentiam fugerit. Ita igitur se habet § 30 et 31: *Ἐστὶ δὲ ἡ τοῦ στρατηγῶν προέλευσις εἰς τινὰς ἀρχοντας διακρομῆναι, οἷον τόντι Κομητὰ τῆς πόρτας αὐτοῦ, καὶ τὸν τοῦ θεμελιῶτος δομῆτικον, καὶ εἰς τοὺς λοιποὺς.... Ὁ γὰρ πρωτονο-*

...
euctione purgare, ut juxta ritum, purissimum ac ru-
tilum aulæ regis præsentaretur metallum (nesciebant
enim prædium esse Eligio concessum) toto nisu atque
conato per triduum vel quadriduum labori insisten-
tes, nulla poterant, Deo id præpediente, arte profi-
cere, usquequo ab Eligio præveniens nuntius, opus
cceptum interciperet, idque ejus dominio revocaret.
Mox ergo ut hoc nuntiatum est, cunctis loci illius
accolis exsultantibus, et opus perfectum est, ejus-
que ditioni commissum. Quo in loco primum ac
potissimum virorum Dei construxit monasterium;
ubi etiam abbate constituto multos ex suis vernaculis
lis mancipavit, plures quoque ex diversis provinciis,
que ad centenarium, quem quinquagenarius super-
greditur numerus, monachos congregavit, redditus
etiam terræ qui affluenter sufficere possent, delegavit.
Ipse vero tanta se devotione, tantoque amore eodem
loco diffudit, ut quidquid habere potuisset, ut [F. ei]
quidquid regi auferre, quidquid digne comparare,
quidquid etiam gratuito ei a potentibus largitum
esset, cuncta prædicto loco destinaret. Videres plau-
stra vehere onera copiosa, vascula utique usibus nec-
cessaria, ærea simul et lignea: vestimenta etiam
lectuaria ac lintamina mensalia, necnon et volu-
mina sacrarum Scripturarum quamplurima, sed et
omnia quæ erant monasterii usibus necessaria, in-
tantam ut pravi quique ingenti ex hoc succende-
rentur invidia; cogitabat enim et ipse demum eo-
dem se mancipare monasterio, nisi eum alio in loco
Dei obligasset dispensatio.

CAPUT XVI.

*Qua instantia regularem disciplinam in eodem mo-
nasterio custodivit.*

Quo in loco ipse quoque accessi, et tantam
sacre regulæ observantiam vidi, ut pene singu-
laris sit vita eisdem monachis præ cæteris Gallie
monasteriis. Est autem congregatio nunc magna
diversis gratiarum floribus ornata: habentur ibi et
artifices plurimi diversarum artium periti, qui Chri-
sti timore perfecti semper ad obedientiam sunt pa-
ri. Nullus ibi quidquam proprium vendicat, sed, ut
in Actibus legitur apostolorum, sunt omnino omnia
omnibus communia. Qui locus tam fertilis, tanque
juvencus exstitit, ut cum quis ibidem diverterit, in-
ter pomorum nemora et hortorum amenitate viren-
tia in hæc ei libeat protinus pronunperare verba:
*Quam bonæ domus tuæ, Jacob, et quam pulchra ta-
bernaculo tua, Israel (Num. xxiv, 5)! tanquam ne-
quæ paradisi super flumen; de talibus nempe per
Solomonem dicitur: Habitacula justorum benedicentur
(Prov. iii, 35). Est autem idem cœnobium haud pro-
xime a Lemovica urbe situm, sex circiter millibus ad*

της τοῦ θεµατος, καὶ ὁ χαρτουλάριος, προσέτι δὲ καὶ
πρακτικῶν, ἵσταν ὁ τοῦ θεµατος δικαστὸς ὁ μὲν τῆς
ἐκείνης ἐστὶ διοικήσεως ἀρχὼν ὁ δὲ πρὸς τὴν τοῦ
αὐτοῦ καταγραφὴν τε καὶ ἀναζήτησιν ὁ δὲ τὰς δίκας
δικασσομένων διαλύει οὗς, etc. Porro in præfecti
is alii sunt præfecti, velut comes cohortis ejus, et
rathicus thematis, et cæteri.... Nam quod ad pro-

VITA.

A plagam distans meridianam; ambitur vero spha-
muro, non quidem lapideo; sed a fossatum sepe
nitum, decem fere stadiorum habens spatium in
cui, ex uno quidem latere munitur optimo
mine, super quem mons excelsus silva opertus
prærupta valde eminent rupes: omne autem spatium
monasterii arbusta diversi generis pomifera occu-
pant: sicque illic segnis animus recreatur, ac si par-
tem amoenitatis paradisi se occupasse gratuletur.

CAPUT XVII.

*Quo ordine Parisiis ancillarum Dei construxit mona-
sterium.*

Isto igitur cœnobio in omni opere perfecto,
omnique ex parte cum solertia stabilito, cogitabat
Parisii in urbe fabricare xenodochium; sed excel-
lentiore consilio, Deo inspirante, concepto, cepit
intra domum suam, quam in eadem urbe ex ma-
nere regis perceperat, virginum Christi ædificare
domicilium; in quo opere diu multumque instantis-
sime desudans, dignum tandem sanctarum virginum
construxit archisterium, ubi districtam regulæ disci-
plinam constituens, usque ad trecentarum numerum
puellarum ex diversis gentibus, tam ex ancillis suis,
quam ex nobilibus Franciæ matronis congregavit;
quibus et abbatissam Deo dignam puellam, nomine
Auream, filiam scilicet Maurini et Quirix, constituit:
terræ etiam redditus copiosos delegavit, atque ex
integro omne suum illuc studium convertit, et illuc
et illuc trahere undique veluti utilissimam apem
cuncta monasterio necessaria, vasa simul et vesti-
menta, necnon et sacra volumina, aliaque quamplu-
rima ornamenta; nam quidquid huic sexui congruo
necessarium foret, ut piissimus pater satis solerti in
omnibus diligentia ac sollicita cura providit. Cum-
que omnis opera, cunctæque domus necessariæ in
præfato loco expletæ essent atque perfectæ, unum
adhuc restabat, vile quidem sed necessarium adifi-
candum domicilium; et cum non haberet terræ co-
piam, omnia etiam essent domibus occupata; adja-
cebat ei ad opus necessarium area quædam fiscalis
exigua: præcepit ergo metiri terram, ut sciret quan-
tum esset, et confestim ad principem perrexit, sug-
gessit aream, et sine mora obtinuit quod petierat.
Cumque reversus locum adiisset, ac linea jactata
amplitudinem habitaculi consideraret, invenit am-
plius quasi pedem in terræ amplitudinem quam ipse
nuntiaverat regi: ex quo tristis effectus, quippe qui
nulli volens mentiri, regi esset mentitus, relicto pro-
tinus opere ad aulam repedit moestus, et mox ut
principem adiit, solo illico corruit, mendacium indi-
cavit, aut veniam aut mortem poposcit; sed cum
rex tam parvissimæ rei causam agnovisset, magis in
stuporem versus, ejus injuriæ condoluit, moxque ad

tionarium thematis et chartularium, et prætorem, sive
thematis judicem pertinet, primus res politicas admi-
nistrat; alter exercitui describendo et legendo militii
operam navat; tertius lites privatorum audit. Quos,
et cæteri.... Nam quod ad pro-
fossatum sepe. Ita Codex sancti Aud. Prior edi-
tio, f. ssato sepi.

circumstantiam conversus multitudinem, inſt : Ecce A
quam præclara et venerabilis Chriſti fides ! Duces
mei et domeſtici ſpatioſas ſurripiunt villas, et Chri-
ſti ſamulus propter fidem quam habet in Domino
non palmum quidem paſſus eſt celare de humo. Sic
ergo clementer Eligio conſolato duplicavit donum
quod dudum tribuerat puſillum. Ex quo facto liquido
patet quantum vir ſanctus mendacii culpam perti-
nuit, qui tam viliffimæ rei conſcium ſibi piaculum
minime reſervavit. Talis eum fides ad cælum evexit,
hæc illum fidelitas et Deo charum, et hominibus ſe-
cit præclarum.

CAPUT XVIII.

*Beatorum Pauli et Martialis fundavit eccleſias; et de
carcere aperto.*

Igitur cuncto opere monaſterii peracto, atque om- B
nibus ædificiis ancillarum Dei expletis, pro quibus
mercedem laboris adeptus eſt, ædificavit poſtremo
baſilicam in honore ſancti Pauli apoſtoli ad ancilla-
rum Dei corpora ſepelienda, cujus tecta ſublimia
operuit plumbo cum elegantia; qua in baſilica bea-
tus quoque Quintilianus jacet abbas humatus. Ædi-
ficavit etiam, imoque renovavit baſilicam in honore
ſancti Martialis Lemovicenſium pontificis et con-
feſſoris, qua utique urbane ſtabilita, plumbo ejus co-
operuit tecta, ubi cum ejuſdem reliquias ſatis devotus
cum magne triumpho magnoque utriuſque ſexus co-
mitatu, cum melodia Pſalmorum ac dulci modula-
miæ antiphonarum, chorus deferret psallentium,
miraculum Dominus declaravit memoria diguum;
ob hoc enim et Eligius eamdem viam arripſerat C
cum pignoribus, cum potuiſſet prorsus aliunde per-
gere rectius. Erat igitur haud procul a tramite clau-
ſtrum carceris tetri, ubi tenebantur ſeptem viri ſive
innocui ſive noxii, ſub tertia cuſtodia abditi; cum
ergo Eligius veluti quondam David ante arcam ex-
ſultans atque tripudians, cum reliquiis et præſato
agmine in voce exultationis præteriret, mox ut con-
tra ergaſtulum eſſe cœperunt, repente geſtator pi-
gnorum gravi pondere depreſſus ſolo reſtitit fixus;
quem cum ſinguli compellerent gremium quantocius
movere, id ſe poſſe nullatenus voce publica eſt
confeſſus; dumque ita ſtantes ſinguli obſtupecerent
eventum rei, a cœpit cunctis in carcere quaſi leve
tonitru audiri, et ſtatim viſ quæſtam cum magno im-
petu adveniens totum valide nimis concuſſit carce-
rem ab imis. Confeſtim ſeris omnibus effractis, ne-
xibusque diſſipatis, oſtia obſerata patuerunt inclu-
ſis; illico ergo veſtigia depreſſa ferentes pignora
levigarunt, et rei carcerem egreſſi eccleſiam petie-
runt. Omnes igitur qui aderant in ſtuporem verſi
cœperant attollere novitatem miraculi, ac merita
duorum conjuncta ſimul ſanctorum, Martialis lau-
dem, Eligii prædicare favorem; cuncti etiam hæc
videntes Chriſto Domino uberes laudes, qui ſuis ope-
ratur in ſervis, vocibus efferebant continuis.

^a *Cœpit cunctis.* Hic etiam Codicem ſancti Aud.
ſequimur; nam Acherius ediderat *vincis*; in eodem
Codice legitur *levis tonitrus*.

CAPUT XIX.

De incendio urbis Pariſiacæ.

Post aliqua temporis curricula cœperat uri
riſiaca ſæviffimo cremari incendio; nam cum
pene arderet civitas, uſquequaque viſ flammæ
cis ferebat glomerantes quaqua in parte fa-
tunc Eligius mœſtus cum videret jam ſupra
monaſterium prædictamque eccleſiam ſtante
globos flammarum cum axibus et carbonibus
graviter ingemuit; jam enim invaleſcente ſq
promptu erat ut etiam tegumentum baſilicæ ſ
retur vi vallantis incendi. Attollens ergo Eligi-
cem cum gemitu dixit: O ſancte Martialis, ca-
muli tuæ modo non ſuccurris? certe enim
quod ſi te hodie non curante crematur, nun
jam ab Eligio in ævum reſtaurabitur. Confeſti-
tur affuit Domini gratia, et aliam in partem
flammas impellente, et eccleſiam, et totum ejuſ-
naſterium remansit incolome.

CAPUT XX.

Quanto ſtudio quot die in melius vir ſanctus profi-

His itaque tranſactis jugiter vir ſanctus iul
manebat divinis officiis; erat enim in eleemo-
largus, in vigiliis ſedulus, in oratione devoti
charitate perfectus in humilitate profuſus, li-
ctrina præcipuus, in ſermone paratus, in lo-
catus, in converſatione ſanctiſſimus, in
mundi compede catenatus, in obſequiis ſerv
Dei ſuccinetus, in redemptione captivorum ſ
tus, in egenorum largitione diſfuſus, in dorſi
ſionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in t
tione tutiſſimus, in hospitalitate latiſſimus;
opprobria ſecurus, inter odia beneficius, in pro-
etiam et in adverſis cœlo ſemper intentus;
enim poterat in eo invenire humani generis ini-
nec quod fraus deciperet, nec quod ſimulatio f
ret. Sinceritatem quidem mentis vultus ſer-
monſtrabat, et pietatem clementiſſimi cordis
debat in lenitate ſermonis; nihil quippe ejus a
clementius, nihil illius ſeveritate jocundius, ſe-
cunditate nihil ſeverius, nihil riſu gravius,
prorsus triſtitia ſuavius: ſi pauperem vidisset
ſientabat; ſi divitem, ad beneficiendum cohor-
tur, Deum teſtem invocans pro ejus ſe nomine
cta hæc facere; nemo enim ab eo pauperum ve
reverſus eſt aliquando, iſtud jugiter mente repli
quod Dominus in Evangelio dicit: *Leati miſer
d. s. quoniam ipſi miſericordiam conſequentur (M
v, 7),* necnon et illud: *Sicut aqua exſtinguit ig-
ita eleemoſyna exſtinguit peccatum.* Et illud: *Ve-
tamen date eleemoſynam, et ecce omnia munda
vobis (Luc. xi, 41).* Nam ſicut de beato Job dic
januæ ejus omni adveniendi patebant, ut et ipſe
Job poſſet voce libera proclamare: *Oſtium
viatori patuit (Jo' xxi, 32).* Eratque pes claudor
et oculus cæcorum, orphanorum pater, ac vidua

^b *Eccli. iii, 33,* ſed aliis verbis; iisdem tamen
tatur a plerisque Patribus.

consolator, quique non carcere clausis, non ægritudine fatigatis, unquam suum, in quantum facultas suppeditavit, negavit auxilium, sed omnibus misericorditer consulens, miseris semper præbuit administratam. Quem enim cæcum non suum vocavit hæredem, aut quem debilem non ejus sustentavit manus? fores quippe ejus jugiter a miseris obsessæ, expetitam ei ad bellum præparabant solatium: hoc jugiter comitatus incedebat exercitu, in his Christum conspiciens se amplecti gestiebat, atque his indumenta tribuens, Christi sub inopis veste se tegere membra credebat: hoc certe se reputabat perdere quidquid in eleemosyna non assumeret, id se tutissime congaudebat recondere, quod egentium sibi met dura necessitas auferret: valde quippe devotus in eorum usibus substantiæ exaggerabat pondus, ut quo pauperior sæculo esset, locupletior Deo fieret; considerabat quidem quia quotidie deesse non potest quod peccetur, ideo nec quotidianæ eleemosynæ non deessent, quibus piamina tergerentur; et ob hoc cum Domino suo pecuniam dividens, substantiam suam gaudebat sociare cum Christo, faciens eum sibi possessionum terrestrium participem ut et Christus faceret illum sibi regnorum cœlestium cohæredem. Illi scilicet assignabat facultates, ut ipsis esset custos perpetuus, sciens quod patrimonium Deo creditam nec respublica eripit, nec flacus invadit, nec calumnia aliqua forensis evertit: sciens etiam scriptam esse, quod ea bene hæreditas reconditur, quæ Deo custode servatur. Hujus namque apud suos monita nihil fuerunt aliud, quam magisteria divina, fundamenta scilicet corroborandæ fidei, nutrimenta fovendæ animæ, gubernacula dirigendi itineris, præsidia obtinendæ salutis: dignum ergo est, ut eum boni imitentur et diligant, plebs colat, noxii timeant, quem ita divina virtus illustravit, ut sub laicali etiam habitu habuerit a Deo collata dona doctrinamque mellifluam, et Spiritu sancto conditam, de desiderio Christi salutem, de æterna semper beatitudine sollicitam, quique sic religiosus exstitit ac timens Deum, ut sæculi oblitus dignitates, omne consortium cum egenis haberet et monachis.

CAPUT XXI.

Quo ordine cœnobia peragraverit.

Denique cum et frequenter ad eum monachi religiosi quique confluerent, nec sic nimirum eorum satiabatur alloquio, sed aliquando etiam nimis sanctæ conversationis æstans desiderio, ipse quoque properabat ad cœnobia, maximeque a Luxovium, quod erat eo tempore cunctis eminentius atque districtius; neque enim tam crebra erant adhuc in Gallis monasteria, et sicubi essent, non sub regulari quidem disciplina, sed erant prorsus in malitia fermenti veteris sæcularia. Præter Luxovium ergo, quod solum, ut dictum est, districtiorem regulæ solenter tenebat, Solemniacense monasterium in partibus occidentis hujus religionis exstitit caput, ex quo demum multi sumpserunt et

A initium et exemplum, adeo ut nunc quoque propitia Divinitate innumera per omnem Franciam et Galliam habeantur sub regulari disciplina, alma utriusque sexus cœnobia. Itaque ut dicere cœperam, quis valeat enarrare cum quanta Eligius devotione, quantaque humilitate prædictum monasterium adiens, inter fratres incederet? Videres eum cum janua ingroderetur monasterii, dejecto in terram vultu, depressis luminibus, solo capite humi inclinato, toto etiam subtili corpore cum magna gravitate inter fratres incedere, singulisque monachis se pene terre prosternere, atque ab omnibus devotissime benedictiones haurire, quibus ipse copiosam tribuens eleemosynam, vilissimam panis tortam ab eis egrediens pro benedictione sibi met vindicabat, quam utique pro magno munere amplectens, diebus singulis quousque durare incorrupta potuisset, eulogias ex ea veluti sacram communionem jejunos sumebat.

CAPUT XXII.

Quod pedestri labore ad loca sancta properavit; et de curu egenorum.

Nam et hanc habebat consuetudinem, ut ubicunque iter ageret, si sciret eadem se nocte vel ad monasterium, vel ad qualemcunque ecclesiam, sive etiam ad religiosum quempiam virum posse attingere, nullatenus cibum sumeret, etiamsi biduanum vel triduanum jejunium expleret, priusquam ad locum destinatum quamvis defessus pertingeret; sed et si nosset venerabilem ad quem pergebat locum esse, ejecto se concite de equo per tria vel quatuor millia pedestri labore conficiebat iter usquequo ad sancta illa posset attingere limina; cumque ad mansionem ventum esset, priusquam tabernaculum introiret, mittebat pueros fideles qui omnia late vagantes scrutarentur loca mansionis, et sicubi posset mendicos, ægrotos, vel peregrinos invenire, omnes quos reperissent ad se aut adduci, aut certe deportari jubebat, quibus ipse occurrens, si morbidum videret, medebatur; si putridas habentem carnes, ipse saniam radebat, ut cum Job dicere posset: *Flebam quondam super eum qui afflictus erat; et compatiebatur anima mea pauperi (Job. xxx, lvi)*. Porro si horrentia conspiceret ora, proprio palatum perficans digito, dolorem leniter mulcebat morbidum; sic nimirum omnia cum cura et diligentia perficiens, componebat cunctos suos sedere per ordines, et priusquam ipse quidquam sumeret ex cibo, omnibus manu propria et escam præbebat et merum, postremo ipse gratias Deo actitans, una cum eis sumebat cibum, sed plusquam illi exiguum: denique cum ipsi carnibus uterentur ac vino, is pane pro cibo, et pauxillum aeti cum aqua mixtum utebatur pro potu: siquidem octo aut decem fluxere anni quibus nusquam vinum hausit in poculo: de carnibus vero melius tacere puto quam aliquid dicere, quandoquidem eas post propositum nec edere passus sit, nec attingere, et cum in prædicto annorum spatio una

^a *Luxovium*. Sic perspicue legitur in codice S. Aud. Acherus ipse sic legi oportere viderat, sed considerat ex suo codice *Lussodium*.

tantum die eum meminerm propter hospitem charitate exigente de volatilibus modicum quid gustasse. Cæterum peracta refectione, singulis quorum antea capita laverat et manus, demum abluens pedes deosculabatur extergens, ac prostremo stratis impositis et thoris ipse diligenter ad capita componebat ^a pulvillos; deinde seipsum spolians indumentis, collocare discubitu simulabat, sed cum cunctos cerneret alto sopore quiescere, adhibitis secum paucis fidissimis famulis, si esset civitas, castrum, vel vicus, omnia orationum loca profunda jam nocte circuitbat pene invisus; et si omnimodis occurrere potuisset ante lucem, ad proprium convertebatur defessus stratum; quod si ecclesia in loco hospitii non haberetur, completo, ut dictum est, vespere omni officio simulabat se quiescere strato, sed mox ut ejus cubicularii obdormissent, ejectum se a lectulo totum prosternebat in pavementum, ibique omni noctis spatio transacto cum aurora diei daret initium, iterum ^b se indebat thoro. Hæc autem agebat ob ostentationem declinandam, illi soli cupiens palam fieri, qui dixit: *Ora Patrem tuum in absconso; et Pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi (Matth. vi, 6)*. Sic quippe faciebat Eligius et in itinere et in propria domo; et hic ei perpetuus mos fuit cunctis diebus vitæ suæ. His igitur eum beatis actibus intentum, in tantum divina provexit clementia, ut adhuc in laico habitu Domino largiente ^c declararet miracula.

CAPUT XXIII.

In natali S. Dionysii claudum sanavit.

Denique quodam tempore cum anniversaria Parisiis sancti Dionysii martyris celebraretur passio, dum vigilia a clero caneretur in choro, egressus Eligius templo deambulabat in atrio, viditque eminus virum cunctis membris contractum contra sancti sepulcrum jacere in pavimento. A Deo forte inspiratus, ægri mox ^d astitit lateri, blandeque eum compellens cœpit ab eo inquirere et tempora claudicationis, et causam suæ ægritudinis; sciscitans an haberet spem in Christo, si se crederet quandoque sanandum, an etiam crederet se post mortem resurrecturum, et præmia vel pœnas ob meritum qualitatem receptorum: cumque ille ejus secutus verba cuncta hæc se credere fateretur, rursus Eligius inquit: Si ergo hæc, ut astruis, credis, cur hic inaniter ^D jaces? roga magis hunc sanctum, ut intercedens apud Dominum reddat te protinus sanum. Et cum ille ob id se illic excubare diceret, inuens cum Eligius ait: Et credis quod possit hæc sanctus iste apud Dominum obtinere? At ille cum eadem prosequeretur, dixit iterum Eligius: Si ergo hæc sicut polliceris, credis, promitte modo Deo te deinceps servitutum, et vide ne trepidet fides tua, et absque mora sanabit te dominus iste. Illo autem in omnibus fidem dante, fixit genua Eligius super terram, et prolixè oravit, deinde oculos pariter et palmas ad

^a Pulvillos. In codice S. Aud. legitur *pulvinaria*.

^b Se indebat thoro. Item codex, *insidebat in thoro*.

^c Declararet miracula. Forte, *inclaret miraculis*,

A cœlum tendens, Dominum Jesum fide plenus promissionis suæ fideliter admonuit, qua dicit: *Quidquid credentes petieritis, fiet vobis (Mac. xi, 24)*, et: *Si habueritis fidem, majora horum facietis (Matth. xxi, 21)*. Cumque hæc pleno pectore, fide ac devotione deposceret, conversus ad ægrum, apprehensaque dextera ejus, ait: Si in dubitanter credis sicut promittis, in nomine Jesu Christi surge, et sta super pedes tuos. Hæc dicens attraxit eum ad se fortiter, et illico nexibus artuum resolutis elevatus æger stetit, et mox consolidati sunt pedes ejus et membra, et sanatus est ex ipsa hora; cui comminans et contestans præcepit Eligius, ut si nollet rursus talia pati, nullum aliud sanitatis verbum cuiquam ediceret, nisi quod Dominus Jesus per sanctum Dionysium eum sanasset.

CAPUT XXIV.

Manum aridam jocabiliter sanavit.

Quodam iterum tempore cum prætereunte Eligio copiosa pauperum turba eminus consideret, accedens ille ad eos, singulisque propinquans ut solebat, sanctis digitis eleemosynam singulis includebat in pugnis; cumque ad unum ventum esset qui contractam aridamque habebat manum, ipsam non valeas extendere, alteram tendebat ad munera: Non hanc, inquit Eligius, sed alteram præbe quantocius: quam cum arefactam ostensurus expelleret [An expalleret?]; apprehensa ille cœpit Christum corde rogare, dumque unam palparet a cubito, protinus ut manum extraxit illico nervis remissis digitos curvos direxit; sicque oleo allato peruncta, confestim solida sanaque ^C facta sicut erat et altera; sed [cum hæc videntes Eligii ascriberent favori, ille gratia humilitatis contentus, caute satis tentat eadem occulere dicens: Ego putavi ideo illum fingere, ut a me facilius eleemosynam posset percipere.

CAPUT XXV.

Ex modico vini plures pauperes potavit.

Alio præterea tempore cum iter quoddam in proximo carperet, habuit obviam pauperum turbam suam jam opinione collectam, quibus eleemosyna sicut solebat data, voluit insuper siti fatigatis laborem temperare itineris. Cœpit ergo quærere in ministris quis haberet potum sub sellis, cumque singuli, sicut erat, maxime ^D [F. minime] se habere dicerent, unus tandem reperitur qui parvum cum vino vasculum se habere profletur; quod protinus allatum vir sanctus benedixit, et ut pauperibus misceret illico imperavit: sed quid erat tam exigua mensura, id est, quasi tria cotyla, inter tantam pauperum turbam? Cum ergo pincerna pauxillum mitteret in scyphum, ut pote cum nec mediis posset sufficere merum, mox increpatas ab Eligio vasculum miscere jussus est plenum, cui cum puer exiguitatem nasconis obtenderet, statim ille signum crucis opponens: Eia, inquit, eia, misce crateram plenam: quoniam larga et magna Domini ait Acherius, non male quidem; sed propius, *declarent miracula*.

^d Astitit lateri. Codex S. Aud., *attigit latus*.

est clementia. Sic ergo factum est, ut ex eadem **A** illa hora, et ambulabat exsiliens et benedicens Deum cum omni alacritate; fuerat enim ex multis jam annorum spatiis vinculis artuum astrictus, atque ex hoc magis occupabat admiratio cunctos, quod tam celeris fieri ejus potuisset curatio. Dedit ergo ei eleemosynam vir beatus, et dimisit eum in pace; et ille adorans et glorificans Deum, reversus est in locum suum. Tunc Eligius cœpit terribiliter conjurare pueros et cunctos comites suos, ne quousque ipse in corpore maneret rem gestam cullibet homini indicarent, magnopere metuens ne in virtute facti mens ejus humanis laudibus gravaretur.

CAPUT XXVI.

Contractum in basilica S. Germani sanat.

Alio rursus in tempore cum Parisiis loca orationum circuitet, veniens ante basilicam sancti Germani confessoris vidit quemdam claudum carruca ^b vectam, querulis se vocibus inclamare: ad quem accedens cum valde misertus ei vellet manus imponere, humilitatis pristinae recordatus, protinus se ab eo subtraxit, alteri potius quam sibi favoris gloriam volens tribuere: præcepit tamen ministris ut auferentes ægrum a carruca in ecclesiam deportarent, ac juxta cancellos præfati sancti Germani proficerent: quod cum factum fuisset, ingressus Eligius basilicam prolixè oravit, monnitque claudum irrevocabiliter in fide persistere usquequo eum Dominus sanari juberet: nec mora, post hæc cœpit claudus vociferari, totoque corpore contremiscere; cumque omnes procul astantes ad spectaculum concurrerent, confestim claudus resolutis nervorum vinculis liber a pavimento surrexit, et ita incolumis ab ecclesia processit: fuerat enim annis novem claudicationis impedimento astrictus. Tunc Eligius ex intimo corde Christo gratias referens, iter cœptum lætus jam peregit.

CAPUT XXVII.

Gamapio vico claudum erexit.

Alio quoque tempore sub laicali adhuc habitu carpebat iter cum pueris suis de villa regali, quæ vocatur Sterpiniacus: cumque pervenisset Gamapio vico, ingrediens illico basilicam invenit quemdam pauperem claudum pro foribus javentem, qui viso Eligio cœpit clamare, alimoniam ab eo vel aliquam postulans consolationem. Tunc Eligius sciens forte donum sancti Spiritus, accessit ad eum dicens: Rogemus Deum pariter si forte te incolumem reddat: et mox introducens eum in ecclesiam, præcepit enixe orationi insistere; ipse vero prosternens se in terram diutissime oravit: deinde paululum se erigens, cum adhuc videret claudum jacere, rursus orationi incubuit, et lacrymabiliter precem fundens tam prolixè oravit, tantasque lacrymas effudit, ut partem pavimenti ubertas lacrymarum humectaret, ac veluti rivulum de torrente in terram effluceret. Tandem roboratus fide erexit se, et cum magna fiducia ad ægrum accessit, ac manu ejus apprehensa dixit: In nomine Domini nostri Jesu Christi Filii Dei excelsi, surge et ambula: et confestim prosecuta est salus verbum hominis Dei, et convaluit ^c æger et surrexit: nam omnes qui aderant, audiebant cum magno stupore juncturas et nervos atque omnia ossa claudi illius eruscire ac solidari. Sânus ergo factus est ex

^a *Largissimum.* Sic sæpe laudatus S. Aud. codex. Editi, *largissimos. . . meros.*

^b *Vectum.* Idem codex S. Aud. sic habet: in prio-

B Quadam vero die cum copiosa pauperem multitudine ad eum confluxisset, totum pene quidquid in auro habere poterat eisdem erogavit. Cumque his discedentibus alii adventassent, loculo auri sollicitè perscrutato atque excusso, nihil penitus reperit quod eisdem tribuere deberet; deinde ab uno ex suis familiaribus auri quantitatem susceptam pauperibus dedit; quibus discedentibus, post aliquot horarum spatia ecce superveniunt et alii. Tunc Eligius anterioris horæ minime recordans, alias forte mente intentus, protulit quam prius scrutatus erat sportellam, et ubi ante nihil repererat, mox ut etiam aperuit, metallum auri inditum reperit, atque pauperibus illico tribuit: sicque demum prioris facti admirando recordans, nomen largitoris Christi cum ingenti exsultatione glorificavit.

CAPUT XXIX.

De cæco Parisiis illuminato.

Quadam iterum die cum Parisiis commoraretur, ac necessario quemdam locum adire pararet, explorantes egeni per quod iter transiret, paraverunt se cuncti juxta morem in ponte: quo cum Eligius adventasset, singulisque ut solebat sigillatim manibus eleemosynam includeret, devenit inter cæteros ad quemdam cæcum querulis valde vocibus clamantem; cui cum eleemosynam manu imponere vellet, subtrahens ille manum clamabat virtute qua poterat: Domine, inquires, Eligi, habe in me pietatem, oculis crucem impriane, quod magis desidero præbe. **D** Tunc ille valde composite dissimulans ac subridens: Tu, inquit, amice, non te nosti signare? Noverat enim vir sanctus jactantiam virtute argere, in quo non poterat gratia concessa latere: sed cum is eadem ingeminans importune clamitaret: Tu, inquires, Domine, tu signa. Ille fidem hominis cernens, signum crucis impressit, et, o mira Christi potentia! statim signum sanguinis unda secuta, diu clausas illico reseravit sub fronte fenestras, atque ingrediente die fecit discedere noctem: sicque homo duplo munere recepto, adorans Christum discessit laudans Eligium.

ri editione legitur *vehementem.*

^c *Convaluit.* Hæc lectio codicis S. Aud. magis placuit quam illa prioris editionis, *invaluit.*

CAPUT XXX.

De Basilica vastata, et spoliis restituta.

Alio rursus tempore dum apud Parisios commoretur, quodam die mane confugit ad eum tremebundus custos basilicæ S. Columbæ virginis, provolutusque pedibus ejus nuntiavit eadem se quiescente nocte vastatam omni ornatu fuisse basilicam : quod Eligius audieps tristis admodum effectus, cito tamen ad solita spei præsidia recurrens, clementer refovit custodem, deinde ad sanctæ Columbæ oratorium pergens, oratione præmissa, hæc loquebatur verba : Audi, inquit, sancta Columba, quæ dico : novit meus Redemptor, nisi cito ornamenta tabernaculi hujus furata reduceris, equidem spinis allatis faciam hanc januam ita obserari, ut nunquam tibi in hoc loco veneratio præbeatur ab hodie. Dixit hæc et discessit, et ecce sequenti die custos maturius surgens invenit omnia vela usque ad minimam pallam, sicut prius fuerant, restituta. Tunc concito cursu quanto pridie truculentior, tanto nunc lætior nuntiavit Eligio ; atque ille accedens, omniaque sicut dudum fuerant, suis in locis composita cernens, martyrem quidem laudavit, sed Christi Domini nomen, sicut et semper, uberius cum hilaritate magnificavit.

CAPUT XXXI.

De homine seminece vitæ restituta.

Inter cætera autem infinita bonorum suorum opera, etiam hoc apud regem obtinuerat, ut omnia humana corpora quæ vel regis severitate, vel judicum censura diversis ex causis per multimoda argumenta perimebantur, ubicunque invenire potuisset sive per civitates sive per villas, licentiam haberet et de bargis, et ex rotis, et de laqueis sepelire deposita. Delegavit ergo ex comitibus suis vespelliones, Gallibodum scilicet atque Vincentium cum suis collegis, qui hujusmodi curæ insisterent : et ubicunque pergerent, sive in proximas urbes, sive in longinquas, jugiter secum sarculos portarent, ut sicubi cadaver invenissent, continuo ipsum humo tegerent. Igitur cum quodam tempore in comitatu regis Austriæ partes peragrarent, devenerunt ad urbem quamdam, quæ Stratoburgo vocatur ; cumque haud procul ab urbe essent, conspicientes eminus vident hominem ipsa die vita laqueo extorta dependere ; ad quem protinus accedentes laqueo deponunt, ut scilicet juxta ritum sepulturæ traderent : sed vir venerabilis sensit forte operandum ; et dum sepultura paratur, festine appropians ipse corpori, cœpit eum a summis usque ad ima mulcendo palpare : nec mora, cum jam sentiret adesse animam, compositæ valde a se virtutem facti refellens, dixit : O quam grande scē-

^a *Repausari.* Codex S. Aud., *repaugare.*

^b *Lucii.* Acherius conjicit legi oportere, *Luciani.*

^c *Ut usque hodie.* Sic codex S. Aud. Editi, *et usque hodie.* Mirum profecto, si hæc et quæ sunt in fine, *usque in hodiernum diem,* scripsit Audoenus, hoc est autor Eligio ipsi cœtaneus. Et alia sunt quæ scrupulum movent ; nam quod capite 31, dicitur de monasteriis in Gallis, quæ nulla prope erant ante Eligii ætatem, scriptoris verò sæculo plurima erant, et

A lus, nisi Dominus juvasset, nunc perpetrare poteramus ut corpus hoc humo tegeremus, cum anima ejus in ipso sit! hæc dicens, cunctis mirantibus jussit eum vestimentis operiri et paululum ^a repausari : deinde recreato spiritu vir ille surrexit e terra, ut pote nullam passus injuriam. Quod factum cum in urbem percrebuisset, mox currentes ejusdem insectatores importune eum iterum rapere, ac morti tradere conabantur ; quem Eligius vix eorum manibus ereptum regi pro eo suggessit, chartamque ei securitariam apud regem impetravit, atque ita eum defendit. Qui non post longum spatium ita se subtraxit ab ejus contubernio, Eligio fortassis conscio, ne res gesta amplius crebresceret in populo, et ut nusquam ministrorum ejus amplius appareret conspectui. Sed ^B de his ista sufficiant : Deo soli sufficit de his quæ in absconso, vel sub sæculari habitu, vel sub venerabili et apostolica tonsione gesserit, non latere : nunc interim ad ea quæ opere manuum egerit accodam, eaque quanta valeo brevitate percurram.

CAPUT XXXII.

Quod multas fabricavit tumbas.

Illic idem vir beatus inter cætera bonorum operum insignia, multa sanctorum auro argentoque et gemmis fabricavit sepulcra, id est, Germani, Severini, Piatonis, ^h Quintini, ^b Lucii, Genovefæ, Columbæ, Maximiani, et Loliani, ac Juliani, adhuc autem et aliorum multorum : sed præcipue beati Martini Turonis civitate, Dagoberto rege impensas præbente, miro opificio ex auro et gemmis contextit sepulcrum, necnon et tumbam sancti Brictionis, et aliam ubi corpus B. Martini dudum jacuerat, urbane composuit ; magnum insuper beneficium eidem ecclesiam apud regem obtinuit : namque pro reverentia sancti confessoris Martini, Eligio rogante, omnem censum, qui reipublicæ solvebatur, ad integrum Dagobertus rex eidem Ecclesie indulisit, atque per chartam confirmavit. Adeo autem omne sibi jus fiscalis census Ecclesie vindicat, ut ^c usque hodie in eadem urbe per pontificis literas esse constituitur. Præterea Eligius fabricavit et mausoleum sancti martyris Dionysii Parisiis civitate, et tugurium super ipsum marmoreum miro opere de auro et gemmis : cristam quoque et species de fronte magnifice composuit, necnon et axes in circuitu ^d throni altaris auro operuit, et posuit in eis poma aurea rotundilia atque gemmata : operuit quoque et lectorium et ostia diligenter de metallo argenti ; sed et tectum throni altaris axibus operuit argenteis ; fecit quoque et repam in loco anterioris tumuli, et altare extrinsecus ad pedes sancti martyris fabricavit ; tantumque illic, suppeditante rege, sua exercuit indu-

in quibus nunc quoque regularem disciplinam vigere testatur, ne ipsum quidem S. Audoenus tribui potest. Quod si in his locis interpolatoris cujusdam audaciam ac temeritatem agnoscimus, eandem aliis in locis grassatam esse non immerito suspicabimur, velut in capp. 19 et 29 ; in quibus ea tribuuntur Eligio quæ nec Eligium, nec Audoenum decebant.

^d *Throni altaris.* Prior vox addita est e codice S. Audoeni.

stria [*F. suam... industriam*], atque ita suum diffudit **A** specimen, ut pene singulare sit in Gallis ornamentum, et in magna omnium admiratione usque in hodiernum diem.

CAPUT XXXIII.

De morte Dagoberti regis: et concilio apud urbem Romam sub papa Marino.

His operibus mirifice perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus sedatis, ferocissimis etiam Yacobi ditioni propriae hostili gladio subactis, mortuus est rex magnus et inclitus Dagobertus, et sepultus est in eadem sancti Dionysii basilica sub ara in latere dextro: cui successit in regno filius ejus aetate juvenculus, vocabulo Clodoveus. Sub hujus regni principio nefanda hæresis partibus Orientis in coperat pullulare, Constantino tunc Romani imperii apicem gubernante; coperunt ergo ^a præfati hæresiarques nequiter ecclesiasticam regulam violare, et peregrina quædam a veritate aliena docere et prædicare, asserentes Dominum et Salvatorem nostrum Jesum Christum minime habere secundum formam servi (sic), et neque eum ex Maria veram assumptione carnem, profanis vocibus garriebant; quæ res plurimos in Ecclesia conturbabat, et plerosque jam contagium hujus pestiferæ assertionis infecerat, non solum in urbibus quibus morabantur, sed et urbem quæ est caput omnium Romam paulatim jam eorum pravitas penetrabat. Erat autem eo tempore Romæ præsul Beatissimus papa Martinus, qui sollicitus ac viriliter pro hac causa invigilans, imoque pugnans, multa probra et adversa ab hæreticis sustinebat; unde tandem permotus, cum et imperatorem et plures cerneret eorum assertionibus obsecundare, intentus satis animo congregavit concilium sacerdotum compescendi causa, imo delendi hujus pravitatem degmatis: in quo concilio omnibus orthodoxis consentientibus edidit contra hæreticos fidem magis valde atque accurate, quam etiam cum subijuncta epistola Galliarum partibus destinavit, mandans et obtestans regi Francorum, ut si essent ejus vricatholice eruditi, hos sibi administrandum ob hæresim comprimendam faceret destinari: ubi tunc Eligius cum sodali libentissime perrexisset, nisi ei quædam causa impedimenti fuisset.

CAPUT XXXIV.

De multimodis Martini papæ tormentis, ejusque vita per martyrium finita.

Sed interim dilatione intercedente inimicus humani generis acrius incitatus, pulsabat fortiter contra murum Ecclesiæ per homines perditos, ac turrim militissimam omni oppugnationis genere fatigabat, Martianum sibi, jugiter affligendo, inclinare cupiens episcopum: sed quamquam impurus spiritus omninibus pugnaret armatus, tamen resistebat Martinus Christi gratia et virtute repletus, ac veluti si ^b saxum

^a Præfati. Sic laudatus S. Aud. codex, ex quo etiam addidimus vocem *athens*. Prius editum erat *præfata*.

^b Saxum immobile. Codex S. Au 1, saxo immobili, et infra, Jubebant ei imperialia decreta.

immobile unda allideret, ita virili animo dicta respuebat garrientium. Jubebatur ei imperiali decreto fidem Patribus edere contrariam, sed ille cui sacra fides venerabilis erat, abnegabat se posse impia contra Deum proferre verba, consultius fore judicans temporalem ponere vitam, tantum ut ei conscientia fidei duraret illæsa. Novimus quemdam fratrem a partibus Orientis venientem, qui ea quæ narro se coram posito gesta esse testabatur. Igitur cum nullo suasionis genere Martinus a catholica reflecterebatur fide, multiplicibus injuriis affectus, diuque coram populo flagellatus, domum revinctis post tergum manibus velut electus aries, cuncta urbe lamentante, exsilio truditur; sicque Constantinopolim perductus, ibique exsilio relegatus, sola illic oratione meruit **B** cæco lumina reddere; ubi exsulans ac delitescens, post multa tormenta clarum valde et nobilem vitam optimo et venerabili fine conclusit. Simulent nunc hæretici quantum volunt, confundantur et erubescant a se martyrem factum, quamvis eum pacifice animam exhalasse clamitent, quamvis non a se interemptum, sed propria fingant morte defectum, quasi non eum poena consumpserit in quo poena consumpta est. Qui si in præsentem nunc adessent, hæc a me pro Martyre verba audirent: Etsi, inquam, imminente carnifice gladio mortuus non fuerit, in confessione tamen catholice fidei exsilio relegatus, post continuam et indefessam professionem gloriosum mortis exitum meruit; sicque ad Deum suum redeuntem coelestis aula martyrem suscepit: neque enim virtus ejus, auctor honor minor est, quominus beatis martyribus aggregetur, quia quantum in ipso fuit, æquanimitè toleravit quidquid ei adversitatis oblatum est: nam, sicut Scriptura testatur, non est inferior gloria, sed potius excellentior sustinere martyrium pro eo, ne scindatur Ecclesia fallacis hæreticorum, quam est illa ne imoletur idolis impulsu paganorum. In paganorum namque persecutione unusquisque tantum pro sua anima, in hæreticorum vero pro universali patitur Ecclesia: et idcirco eum potiorè dixerim, quia procul dubio excellentior atque eximior comprobatur. Hæc pauca de tanti viri memoria, Eligii Vita sibi contineat subnexa, loquatur et ubicunque pergat per sæcula, quanto Martinus claruerit fidei dogmate: quæ nos dilectionis gratia huc usque narrasse sufficiat, ut tam eximii viri memoria, qui utique collegis meis in urbe Romana multa impendit bona, quamvis in Oriente frequentetur, non usquequaque in Occidente oblivioni tradatur.

CAPUT XXXV.

De concilio apud Aurelianis Galliarum urbem; et hæreticorum a finibus Galliarum expulso.

Per idem fere tempus qua apud urbem Romam talia gesta sunt, unus hæreticorum pulsus a partibus

^c Defecum. Forte, defunctum, ait Acherius; mihi nihil mutandum videtur. Haud ita multa post in codice S. Aud. legitur *carnificis gladio*, et infra, *quantus in Oriente*.

transmarinis, Galliarum provinciam petiit; qui aggressus illico civitatem quæ olim Edua, nunc autem Augustidunus vocatur, adiit; ibi quoque degens cœpit tam caute quam fraudulenter sua nefanda dogmata prodere: quod cum in palatio ad aures Eligii pervenisset, cœpit vigilanter, sicut semper pro huiusmodi causa sollicitus erat, cum Auloeno ac cæteris Catholicis viris tractare, quemadmodum hanc pestem palam omnibus manifestatam detegerent. Itaque non destitit ^a episcopos commonendo et optimates, quousque ex jussu principis sacerdotale concilium apud urbem Aurelianensem congregaretur; ubi præfato hæretico in medio deducto, conabantur eum docti quique diversis ex causis interpellare, sed nullo poterant genere concludere; tanta quippe dicendi arte objectis quæstionibus occurrebat, ut ubi maxime putaretur strictus, ibi quasi anguis lubricus quibusdam foraminibus lapsus eorum se fronti opponeret. Cumque nullo genere a quoquam posset concludi aut superari, exstitit e nostris quidam per Dei providentiam doctissimus episcopus, nomine Salvius, qui ita ei in omnibus obviavit, ut ingens pro hoc fleret nostris et gaudium et spectaculum: nam omnes versutias cunctasque ejus artes, quas ille nunc occulere, nunc etiam dissimulare conabatur, frequenti disputatione palam funditus detexit. Sic quoque adversus eum omnium episcoporum sententia prolata, ac per singulas civitates super ejus nomine decreto constituto, cum sibi merito dedecore eliminaverunt a finibus Gallicæ.

CAPUT XXXVI.

Quod plures apo latas vir sanctus astutia sua deprehendit atque novavit.

Sed et alium nihilominus apostatam cum comperisset Eligius evertere plebem Parisius [F. Parisiorum], grandi afficiens debonestate, exterminavit ab urbe: similiter et alium, qui episcopum se simulans circumibat villas et plateas decipiendo populum, diu carcere maceratum eiecit a finibus regni Francorum: necnon alios atque alios diversis artibus populum subvertentes grandi semper auctoritate est persecutus; valde enim oderat omnia hæreticorum, vel schismaticorum, cunctorumque præter catholicam doctrinam signa, et jugi instantia eorum insectabatur vesaniam; erat enim ipse affluentissimus quidem in eloquentia, in studio autem Scripturarum subtilissimus, et cum ipse sufficienter esset instructus, populum, ubicunque pergeret, evangelicis cohortationibus edocebat in Christi fide irrevocabiliter persistere, atque ab hæreticorum contagiis sese solerti cura observare.

CAPUT XXXVII.

Quantam semper dilectionem erga pauperes habuerit.

Sed inter cætera, ^b senibus ac viduis atque pupillis consolator existerat; viduæ nimirum Sareptensis

^a Episcopus. Codex S. Aud., episcopus, commonendo optimates, lectio non inepta.

^b Senibus ac. Codex S. Aud., semper senetis pauper sine sine viduis, ex quo conjicere licet ita scriptum

A imitator, ipse plerumque esuriens, sui juris etiam Christi visceribus erogabat. Si infirmus set, clementer consolabatur; si in Dei que amore ferventem, ad studium cohortabatur; si iam ad eum æger devenisset, ita ejus fo ministerio, ut nec delicias urbium, nec matri deraret affectum. Tantum itaque ad obsequium se ex devotione diffuderat, ut multi patiani languentibus inviderent: atque ita ob amorem eorum assidue curam gerebat, ut pauperes eum quasi patrem se habere proprium rentur: sciebat enim quid in Lazaro aliquando purpuratus non fecerit, qualique superba mentione damnata sit; idcirco magis ac magis omnes se misericordem ostendens, clementer ^B ris jugiter succurrebat; quo enim dolente noluit? vel quo pereunte non genuit? quem nunc clericum non ejus vestimenta texerunt? aut cœnobium non ejus largitate sustentatum et quas pro spe æternitatis non pertulit angustiam mem scilicet, sitim, vigilias, cunctasque carnis bras (sic). In tali itaque proposito perseverans, se in futurum vas electionis et utile Deo ac opus bonum paratum.

CAPUT XXXVIII.

Quanta bonitate peregrinos fovit, quantumque cerit.

Nam cum se totum Dei servitio mancipasset, tima principum jussa magnifice adimplebat, ^C ria vero magnificentius contemnebat, eratque ad eos arguendum, humilis ad obediendum, riter subjectus, et Christo devotus; rutilabat specie, robustus erat in virtute, mentis utique pure et probabilis vitæ; sic enim se ex quasi semper inciperet, sic se præparabat quotidie moriturum; idcirco repugnantem carnem dæ subjugabat, et ultricis gehennæ sæva tor præveniens, ipse sibi et persecutor existerat. Nam si contulisset sors temporis, cupiens tyr fieri pro nomine Conditoris; sed quanquam pugio non transfixit, quotidianum sibi liberum martyrium indixit, fuitque ei fames pro unguis pro flamma, mundi calamitas pro bestiis, abet pro craticula. Qui sub imagine martyrii ^D vel tena rigentis ferri, sic dura lege constrictus, ipsum sibi abnegavit, ut Christum sequi posse semper diligens, illum desiderans, illum ingentitate sitiens, qui pro amore hominis homo est, ut nos ad cœlum traheret, de sinu Patrem descendit; eique omnem suum laboremque dilectionem infundens, bonam terræ cordis jugi cultu et indesinentibus exercitiis ^E bat, et veluti quis esuriens ac sitiens, sic illi tatem quamdam sustinens, illud crebrius Psal dictum voce flebili conquerebatur: *Quis dabit pennas sicut columbæ, et volabo et requiescam*

esse ab auctore: semper senibus, pauperibus, in viduis.

^E Veluti catena. Prior vox addita est ex sæpius laudato S. Auloeni.

liv, 7)? Et illud: *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei* (Psalm. xli, 2)? Et illud Salomonis: *Post te in odorem unguentorum tuorum curremus* (Cant. 1, 3). Porro sectabatur in omnibus mansuetudinem et fidem, necnon et charitatem perfectam, quæ spiritualis ædificationis est vinculum; studebat se vas sanctificationis exhibere, ut habitatorem Deum in mentis suæ hospitio posset recipere, salutaribusque actibus jugiter erat occupatus, ut quotiescunque tentator accederet, quoties hostis callidus aditum quæreret, clausum semper adversum se pectoris ostium inveniret. Orabat frequenter secundum Apostolum (I Tim. ii, 1, 2) pro hominibus omnibus, pro regibus et his qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agant, in omni pietate et charitate; sciens secundum eundem apostolum (Ibid.) hoc bonum esse et acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad imaginem veritatis venire.

CAPUT XXXIX.

Laus ejus prolixius habita.

Quid plura loquendo immeror? In omni conversatione sua quasi Lucifer inter astra refulgens, instar magnæ lampadis micabat; semper enim perfectos emulabatur ad bonum, semperque aliorum virtutes sibi proponebat ad exemplum. Tardus erat ad loquendum, secundum apostolum (Jac. 1, 19), et velox ad audiendum: eratque sermone subtilis, humilitate sublimis, eleemosynis dives, charitate longanimis, vigil ingenio, promptus eloquio, flagrans studio, utile nempe vas in Christi domo; ad miserorum obsequium non piger, ad orationem paratus, ad eleemosynam profusus, adtribuendum largissimus, mansuetudinem colens, paupertatem valde gaudens, bonitatem tenens, puritatem cordis semper amplectens, qui ne ita assidue venerabiles animos ecclesiasticæ regule tradidit informandos, ut sub laicali proposito constitutus, divino nutu pontificis gratiam possideret uberius; sicque seipsum propria disciplina coercerebat intonsus, quasi futuram speciem indicans, ut irreprehensibilis in templo Christi præpararetur sacerdos. O quam perfectissimum laicum, cujus imitatores ipsi esse desiderabant sacerdotes! O mens omnibus prædicanda, cui non fuit aliud vivere, nisi Christum cum dilectione timere, et cum timore diligere! O

^a Ad imaginem. Imo ad agnitionem, quod Acherius legi oportere vidit.

A vere felicem sæculi inimicum, cui mundus tantopere fuit crucifixus, et ipse mundo! quia ita sapientia exstitit pervigil, lenitate placabilis, ut et serpentis astutiam cum discretione gereret, et columbæ simplicis animum non amitteret: cujus quidem in mente, virtutum omnium decore, collocavit valde sobrium sapientia domicilium. Vere dignissimum in quo Dominus habitaret templum, jejuniis mundum, orationibus ornatum, puritate refertum, vigiliis exercitatum, nomine etiam meritoque electum; quicumque nominis sui dignitate pascitur, sic se quotidie exerit, ut nequeat amittere quod vocatur in Christo Jesu Domino nostro.

CAPUT XL.

EPILOGUS.

Sed longum nunc est per singula virtutum ejus vel gestorum insignia verbis exire, præsertim cum et liber jam supra modum refertus, finem postulans, sermonem rejiciat, et ariditas nostri sermonis attenuata, veluti longo tramite pene defessa succumbat, non quod omnia quæ de Eligio narranda erant expleverit: quippe qui nec ad centesimum ejus, ut ita dixerim, attingere potuit quanta in eo bonorum omnium ornamenta, quæ sunt vel pretiosa vel maxima, supernæ remunerationis contulerit prærogativa, sed quo velut quidam eminens in sublimes scopulus magna jam ex parte adustus, ipsa sui proclivitate fronti se narrantis opponat. Nunc ergo interim illa solummodo quæ sub laico habitu gessit, præsentis libello transcurrere fecimus, cui etiam terminum jam libenter imponimus, ne sui prolixitate audientibus fastidium irrogemus: cæterum ea quæ adhuc restant, quæque in episcopatu gesserit, quo ordine de hoc sæculo migraverit, quasque etiam post obitum virtutes operatus sit, si vita comes fuerit, et si facultatem Dominus tribuerit, intercessionibus sanctitatis ejus adjuti alio libello explere desideramus. Confidimus enim non nostris, sed ipsius meritis, opus cœptum feliciter atque fideliter ad finem usque perducere; si ipse dignetur pro nobis Christum Dominum interpellare in cœlis, qui ejus munere meruit tanta mirabilia operari in terris, per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

^b Animos. Codex S. Aud., annos.

LIBER SECUNDUS.

PRÆFATIO.

Domino propitiante Vitam beati confessoris Eligii, quam pridem aliqua ex parte ordiri cœperam, et præ defessus ac lassabundus medio in tramite stylum subtrahens, opus imperfectum reliqueram, nunc paululum viribus recreatis, cupiente voto, corde jocundo, calamoque venusto opus inchoatum adire tentabo, arduum sit licet iter ac profundum, sed li-

bere fateor, quo non possum pedibus viare, ardentissimo ducor amore; ibo ergo votis quo accedere non possum verbis. Indignum profecto reor, tanti ac talis viri Vitam ad posteritatis memoriam juxta qualitatem ingenii non ad plenum monumentis tradere litterarum, cum nimirum opiner ex narratione rerum gestarum ædificationem plurimam legentibus fore:

sed quoniam tanta aetalia ejus sunt opera, ut magnitudo quidem bonorum nihil me præter re patiat, multitudo vero gestorum quamplurima cogat omittere, in incerto æstuat animus, dum deliberare non valet quid teneat, quid omittat. Profiteor namque, si cuncta voluero annectere, et dies delictet me narrante, et modum excedam voluminis: rursus pauca comprehendam, et irrisiones metuo hypocritarum dicentium, quoniam *Hic homo cepit ædificare, et non potuit consummare* (Luc. xiv, 30): et offensam potius pertimesco antistitis, ne dum seriem exponere nitor arctatus eloquii s'ccitate, magis ei injuriam videar irgasse quam vitam exposuisse. His igitur ex utraque parte discretis, articulum jam infigam membranis, et quæ primus hujus operis liber veluti exundans rejicit, hic modo sequens velut nimium sitiens prosequatur; satisque sufficiat priori libro ea tantum exposuisse quæ sub habitu sæculari gesserit, nunc vero de his quæ in episcopatu egerit, hæc prima convenient.

CAPUT PRIMUM.

De hæresi Simoniaca Gallias pervagante.

Eligius itaque olim jam in palatio militaverat sub sæculari habitu Regi æterno omniumque principi Christo; fuerat quoque de temporibus Lothari mediani, mansueti regis Francorum, et toto tempore Dagoberti inclyti principis, necnon et Clodovei filii ejus, et usque ad initium regni junioris Lotharii mansit in corpore; sed crudeliter in diebus illis Simoniaca hæresis pullulabat in urbibus, et in cunctis finibus regni Francorum; maximeque de temporibus Brunichildæ infelicissimæ reginæ, usque ad tempora Dagoberti regis violabat hoc contagium catholicam fidem. Sollicite tamen pro hoc invigilabant sancti viri Eligius et Audoenus, et communi cum cæteris viris catholicis habito concilio, suggesserunt principi et optimatibus ejus ut hoc nortiferum virus cito deleteretur de corpore Christi, quod est universalis Ecclesia; habuit itaque effectum eorum pia petitio, et libenter obtinuerunt quod devote rogaverunt. Tunc ergo placuit omnibus uno in Spiritu sancto accepto consilio simul cum regis imperio, ut nullus pretio dato ad sacerdotale officium admitteretur, neque eos qui ut lupi rapaces munera dando, mercanda censebant dona Spiritus sancti, sed hos potius qui essent boni testimonii viri et irreprehensibilis vitæ, ad officium pontificatus eligerent.

CAPUT II.

De ordinatione episcopatus ejus.

Exinde igitur elegerunt ex merito sanctitatis cunctis bonis operibus præditum ad sacerdotale officium sanctum Eligium jam lumine radiatum, ut præset Ecclesiæ Noviomagensi: decesserat enim in ipso anni circulo Acharius præfate urbis antistes. Elegerunt autem cum eo et Audoenus sodalem ejus qui vocabatur Dado, ut præset Ecclesiæ Rothomagensi. Hoc ergo modo aurificem invitum detonsum consti-

tuæ fuerunt custodem urbium, seu municipiorum, cabulis, Vermandensi scilicet, quæ est metropolis urbis, Tornacensi vero, quæ quondam regalis civitas, Noviomagensi quoque et Flandrensensi etiam et Corturiacensi. Ob hoc itaque et maxime in his locis dederunt pastorem, quod ejusdem regionis magna adhuc ex parte gen errore detinebantur, et vanis superstitionibus dediti erant, quique velut agrestes feræ, nulli salutare verbum recipere poterant; sed vir cum se nullo modo ab officio disposito discederet, ne tamen in ullo catholica regule devideretur, non se permisit prius sacerdotem crari, nisi sub norma clericatus aliqua tunc curricula exigeret. Tempore ergo dilationis acto, atque Audoenus de partibus a transigerit ducto, jamque eo presbytero a Domino Deodascensis urbis episcopo ordinato, inito coneriter sub unius diei articulo apostolicam benem meruerunt gratuito: erat enim tempus quod Gallias Rogationes a cuncto populo celebrantur Convenientes igitur simul in civitatem Rothomensem quarto decimo die mensis tertii, tertio autem Clodovei, juvenuli adhuc regis, die Dominico stantias inter catervas populi, inter agmina ceterorum inter choros psallentium consecrati sumus gratia episcopis pariter episcopi, ego Rodomo, et Eligius. Sic ergo episcopatu suscepto ad sedem means, qualem se demum quantumque præcipis quis digne valeat explicare; aut quis tanta copia instructus existat; vel quæ oratio tantæ fluentiæ ubertate exundans, quæ cuncta ejus ut decet, queat prosequi? Idem semper robur virtutis instantiam se exercens, constantissimè pro proposito perseverabat; eadem in corpore militas, eadem in vultu gravitas erat, eadem in operibus curam, eandem ut prius sollicitudinem gerebat, eadem dilectio fraterna, eadem mentis constantia eidem permanserat, nisi quod episcopatus officio, quæ cæteris pompæ fomentum submittit solet, ei plus studium abjectionis exhibuit, et alii ad tempus videntur extolli, inde his amplius humiliter. Erat itaque Christo semper subditus et devotione armatus, doctrina præcipuus, potest dignus, humilis in honore recusando, submissus suscipiendo, exul spontaneus, fide plenissimus, in Dei præceptis, credulus in promissis, in re locuples, in industria solers, in opere doctus, spe longanimis, in colloquio sapiens, in consilio dens, in corrigendo vehemens, in diligendo in adversis patiens, in periculis fortis, in dismansuetus, in eleemosynis largus, in studiis ac metu mortis sollertissimus, in timore Dei eximius, in religione magnificus, in exsequiis devotus, in re cordia gloriosus, in disciplina strenuus, ex ingenio præditus, justitia insignis, severitate in re libens, ad gratiam promptus, ad ignoscendum potest humilitate summuus, hospitalitate præcipuus,

* *Transligeritanis*. Sic codex S. Aud. Editi, *Ligeritanis*.

ger gregis piissimus, pastor Ecclesie providus, dispensator fidelis, moderator insignis, delictum proprium cavens, alienum ut suum lugens, plebi monita præbens, Christiane præcepta docens, protervos non armis sed patientia vincens, superbos Christi jugo suavissimo subdens: semper enim in obsequiis pauperum, in diligentia peregrinorum infatigabiliter percurabat, atque ita eis suum impendebat obsequium, ut nisi quis fundatam in Christo haberet mentem, procul dubio despectui duceret talia vel cœqualibus præbere, qualia is jugiter luridis ac senis et despiciabilibus exhibebat. Denique omni episcopali pompa postposita, populorum agmine contempto, clericorum frequentia spreta, famulantium obsequiis relicta, pauperum semper capitivorumque delectabatur consortiis; habebat enim sequestratum statutum locum, in quo certis quibusque diebus egenos ac debiles intromittens, ipse ut dudum consueverat famulorum more satagens satis eis devote serviebat, ipse squallentia capita lavans, incomptam ac deformem cesariem manu propria radens, potumque singulis ac cibum post diligentiam præbens, omnes clementer refocillabat; deinde singulos muneratos, nudos etiam vestitos gratifice dimittebat, illisque ex una parte exeuntibus, alios, si adessent, ex altera parte intromitti jubebat; quibus similiter cuncta explens benignissime refovebat. Nonnunquam vero etiamsi plerima turba conflueret, similiter omnibus faciebat: singulis tamen diebus constitutum duodenarium numerum reficiebat, ipse plerumque cum eis hora congrua ad unam mensam pariter convivans, ita duntaxat, ut prius singulis aquam manibus funderet, merumque ac panem manu propria præberet. Sed quid hæc diutius narrando immoror? Ita, fateor, nunquam vidi studium fervere, nusquam in Galliis hujusmodi opera taliter a quoquam audivi expleri: posset enim quis vel raro arripere, sed vix aut difficile perpetuo tenere; hic vero quod semel proposuit, perpetuo retinuit; quod primum Deo vocit, nullis mundi negotiis obligavit; quod in principio arripuit, ad finem usque perduxit.

CAPUT III.

Quanta instantia plebem commissam traxit ad viam salutis.

Præterea pastoris cura sollicitus, lustrabat urbes vel municipia circumquaque sibi commissa; sed Flandrenses atque Andoverpenses, Frisiones, et Sævi, et barbari quique circa maris littora degentes, quos velut in extremis remotos nullis adhuc prædicationis vomer impresserat, primo eum hostili animo et aversa mente susceperunt, postmodum vero, cum paulatim per gratiam Christi his verbum Dei insinuare cœpisset, pars maxima trucis et barbari populi, relictis idolis, conversa est ad verum Deum, Christoque subjecta; sicque demum factum est ut quasi cœlitus lumen ostensum, aut radius quidam solis erumpens, totam partis illius barbariem illustraret. Nam et ipsi qui eum primo velut ferocissimæ bestię discernere cupierant, postmodum attendentes ejus bonitatem ac mansuetudinem, imi-

tatores ejus fieri cupiebant. Quis enim esset ita obstinatus, qui ejus modestiam intuens non confestim admirando obstupesceret? aut quis arrogans, sobriam ejus vitam considerans, non illico ad æquitatem semetipsum converteret? Crescebat nimirum in eo quotidie opinio famulatrix virtutum; seminabat in plebem verba veritatis fructu fidei redundantia, sufficienti sale condita, et velut aromaticis unguentis infusa: nec erat ejus fama contenta circumjectas tantum Gallias illustrare, sed exteras utique provincias implebat, meritorum gratia præcurrente. Inter barbarorum siquidem fremitus quasi signifer belligerator, corporeo timore nudus, sed fidei fervore vestibus se ingerebat, Christi charitate securus, adversantesque sibi fortiter superabat, non corporea lorica amictus, sed fidei virtute indutus. O quoties ob veritatis assertionem paratam habuit mortem, fecissetque satis votis, si contulisset sors temporis! Sed licet ei ratio temporis non potuerit præstare re martyrium, gloriam tamen martyris non amisit, quia pro spe æternitatis jugiter laboravit; verum si ei Neronianis Decianisque temporibus, in illa quæ tunc exstitit dinicare congressione licuisset, securus dixerim, sponte equulecum ascendisset, et ultro se pro Christo ignibus intulisset, libensque palmam sanguinis occupasset. Sed quanquam ista non tulerit, implevit tamen etiam sine cruore martyrium, dum fortitudine roboratus, in vigiliis sedulus, in jejuniis assiduus, fidem servando, cursum consummando, repositam sibi a Christo justitiæ coronam quotidie expectabat restitui. Tanquam speculator etenim a Domino constitutus, prædicabat verbum cum omni auctoritate; instabat secundum Apostolum opportune, inopportune: arguens, obsecrans, increpans in omni patientia et doctrina, suavem semper habens de his quæ Dei sunt vel allocutionem plebis, vel collationes fraternæ familiaritatis, tenens semper in doctrinâ humana auctoritatem apostolicam, per quam aggressus gentilium prælia, et gentis ferocissimæ pacem tenuit, et copiosum exercitum ad fidem Christi converterit, ac fidei catholice intemerata consortia jugiter custodivit.

CAPUT IV.

De laude ejus protize descripta.

Sane si quem vidisset peccatis noxiis vulneratum, et sagittis diaboli confixum, mox adhibebat dignas curationes sermonum, et verbi Dei salubre medicamentum ostendens contra vulnera incantatoris salutare malagma confessionis, indisciplinationes quoque et transgressiones suorum a regula honesta vel recta, et arguebat clementer, et tolerabat patienter; eratque in eo mira in cunctis operibus discretio, et imitabilis erga omnes dilectio. Erat ergo Eligius opere castus, fide catholicus, charitate diffusus, in tentationibus cautus, in fide firmisissimus, in operibus bonis promptus, in sermone verisissimus, in judicio justus, in consilio providus, in bonitate conspicuus, in charitate præclarus, Deo sedule serviens, errantes corrigens, correctos fovens, obstinatos spect-

mens, humiles semper diligens : exuberabat quoque in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis, amor charitatis, atque ad æternam vitam doctrinæ suæ illios jugi studio incitans, quos erudiebat hortatu, præveniebat exemplo, quæ docebat ageus, et quæ agebat docens, nec aliud ore promens, aliud corde volvens, sed quod ore docebat opere corroborabat; et quale habebat verbum, talem et vitam; qualem etiam vitam, tale quoque et verbum. Summa quippe bonitate subditos regebat; summa severitate semetipsum damnabat, non satis erat terribilis in subjectis; nimium valde austerus in pialculis, in se servabat censuram, in alios præferebat justitiam, rigore utebatur in discussione justitiæ, misericordia in definitione sententiæ, districtiones vero censure semper temperabat misericordia, sciens scriptum quia in eo quod judicat quis, judicandus est : et quod *Potentes potenter tormenta patientur* (Sap. ix, 7), et quod *Judicium erit durissimum his qui præsumunt* (Sap. vi, 6). Hæc ergo sedula mente pertractans, in omni actione discretionem tenuit, nec in ullo penitus intemperate se gessit, sed omnia diligenter distinguens, et in disciplina et in modestia modum semper ac temperamentum servavit.

CAPUT V.

De cœnobio Noviomago constructo.

Præterea ædificavit in oppido Noviomagensi ancillarum Christi monasterium, ubi et congregationem magnam, et vitæ institutionem districtam induidit; terræ quoque redditus sufficienter delegavit, et omnia quæ essent monasterio necessaria solerti satis cura providit. Sed et alia multa monasteria quæque ejus opere, quæque vero institutione a discipulis ejus constructa hodie intra Gallias noscuntur : nam multi ex discipulis ejus ecclesias considerunt, multi monasteria salubriter rexerunt, multi etiam in regimen episcopale sublimati Ecclesiis præfuerunt.

CAPUT VI.

De multis ab eo sanctorum prolatis corporibus; et de inventione S. Quintini.

Huic itaque viro sanctissimo inter cætera virtutum suarum miracula, id etiam a Domino concessum erat ut sanctorum martyrum corpora, quæ per tot sæcula abdita populis hæcenus habebantur, eo investigante ac nimio ardore fidei indagante patefacta prodiderentur : siquidem nonnulla venerabantur prius in populo in locis quibus non erant, et tamen quo in loco certius humata tegerentur, prorsus ignorabatur. Ex eo ergo tempore quo Eligius pontifex consecratus, et Ecclesiæ pastor est datus, ab eo nonnulla inventa populis sunt declarata; ex quibus primum ac summun sanctum martyrem Quintinum in principio episcopatus sui grandi instantia quæsitum, olim quoque celatum, promovit palam in publicum. Denique priusquam Eligius ejusdem loci datus esset episcopus, exstitit quidam vir improbus, vocabulo Maurinus, ut videbatur populis habitu religiosus, cantor in regis palatio laudatus, atque

A ex hoc, ut rei docuit exitus, mente tumidus, corde protervus, atque actione dissipatus, qui audacia præsumptionis suæ deceptus, cœpit verbis extollere a se corpus martyris Quintini et inquiri posse et inveniri; sed ut et ejus proterviam illico et Eligii merita demum Dominus declararet, mox ut terram sarculo scabere cœpit, manubrium fossorii manibus ejus inhæsit, sicque miser opus præsumptum relinquens, sequenti quoque die in manibus suis verbulbus ebullientibus miserabiliter expiravit : ex quo facto tantus timor adolevit in populo, ut nullus deinceps quavis probabilis vitæ præter Eligium hujusmodi negotium auderet appetere. Eligius ergo cura pastoralis suscepta, statim in exordio suæ ordinationis cœpit assiduare erga locum illum : est enim haud procul ab urbe Vermandensi, in eo scilicet loco ubi quondam martyr ex fluvio elevatus ab Eusebia in monte fuerat tumultus. Eligius itaque divino nutu instigatusolvebat in animo, sed et libere proclamabat populo non illic haberi corpus quo eum loco venerabatur populus, sed esse potius in parte ulterius. Cumque diu hujusmodi contentio mentem ejus stimulare, cœpit tandem sagaci inquisitione per basilicæ pavementum huc illicque tentare sicubi sacratum tumulum posset deprehendere . sed cum nullatenus iudicium tumuli reperiret, cœpit a fratribus destitui prosequentibus cum tremore interitum illius, qui dudum investigationem superba mente concipiens, lugubri morte vitam finisset; necnon et antiquitatem corporis longinquitate jam temporis consumpti, atque ad nihilum in pulverem redacti objicientes, conabantur eum a cœpto mentis proposito revocare.

Cumque ei istiusmodi impedimenta a fratribus objicerentur, altius ille ingemiscons aiebat : Nolite, fratres, quæso, nolite impedire devotionem meam; nam ego credo in Creatorem meum, quod me non dignabitur tanto thesauro, tantumque mihi desiderato fraudare. Tunc ergo attentius persistens levavit triduanum jejunium, atque enixius Christi Domini divinitatem cum lacrymis exorans, vovit non se prius quidquam alimonie accepturum, quam ineretur desideratum percipere votum : tanta namque erat ei fides, tantaque constantia, ut plerumque sic facienda præveniret, tanquam jam facta crederet, atque nonnunquam ita cum Deo, quemadmodum cum terreno suo loqueretur domino, ac propositum quod ipse statueret, id Deum complere indubitanter crederet : unde etiam cum a multis dehortaretur, dicebat : Tu, inquit, Domine Jesu, qui omnia nosti priusquam fiant, tu scis quod nisi manifestatum ostenderis mihi corpus hujus sancti tui testis, qui propter nomen sanctum tuum passus est, quanquam sim indignus, nunquam tamen plebis hujus episcopatum geram, sed exsul potius ab hæc provincia procul secedam, ubi ut dignum est inter bestias moriar. Quid multa ? cœpto operi persistens, cum adjuutores ejus per diversa ecclesiarum loca tentando discurrerent, nullamque inveniendi spem ca-

perant, leuiter ille omnes compescens, unum eis locum, quo nulla esse suspicio poterat, in posteriore ecclesie parte effodiendum designat. Tunc omnium labore ibi conuerso libenter jussis obtemperant, defossaque jam in altum ultra pedes decem seu amplius terra, ab spe iterum inueniendi corporis destituntur et cum tertia jam nox media fluxisset, arrepto Eligius sarculo, rejectoque amphibalo, coepit lotis viribus cum cereis et cum lampadibus terram sanctis effodere manibus: cumque paululum ina fossa declinans, in latus cavernae scabere humum coepisset, mox reperit cumbum sane veterrimum, legentem corpus sacram. Tunc gaudio magno repletus, cum sarculoquem manu gestabat, avidissime latus ferisset sepulcri, confestim forato tumulo, tanta odoris fragrantia cum immenso lumine ex eo emanavit, ut etiam ipse sanctus Eligius fulgore luminis odoreque inenarrabili percussus vix subsistere potuisset. Nam et globus splendoris, qui ex tumulo adiectum ferientis processit, tantam vim suae claritatis sparsit, ut cunctorum astantium obtutibus ocalorum retusis, partem maximam regionis illius in diei claritatem mutaret; unde omnes quos eadem hora vigilare contigerat, quique rei causam ignorabant, magnam quoddam datum caelitus signum aestimabant. Erat enim transacta media nox, et nox quidem obscura valde et caliginosa, sed procedente fulgore quasi lux diei ad tempus resplenduit, et in tempore claritas recessit. Tunc ergo sacrum inventum corpus Eligius cum gaudio lacrymabili exosculetur, ac de profunda tellure elevato, reliquias sibi undecunque concupivit, segregavit, dentes etiam pro languentium medela e maxilla sancta abstulit, atque in radice dentis gutta sanguinis exiit. Caros quoque mirae magnitudinis, quos tempore passionis ejus persecutores corpori intixerant, ex cerebro caeterisque artubus abstractos, sibi pro reliquiis sequestravit. Capillos etiam pulcherrimos reliquiis separatos delegavit. Deinde holoserico pretiosissimo obvolutum compositumque honestissime corpus summa cum diligentia citra altare transportavit; tumbam denique ex auro argentoque et gemmis miro opere desuper fabricavit. Ecclesiam quoque, quae exigua conventibus populi videbatur, eximio opificio templam decoravit. Ipse demum ex reliquiis, quae a sancto corpore sequestraverat, multa loca condidit, multimodamque medelam diversis agritudinam incommotis easdem impartiendo praebuit.

CAPUT VII.

De inventione S. Piatonis aliorumque sanctorum.

Post haec simili modo grandi labore atque instantia invenit in territorio Medenantense, vico Saciano, sanctum martyrem Piatonem, cui similiter clavos prolixos ex corpore ablatis populis in argumentum monstravit. Corpus denique, sicut martyrem decuit, eleganter composuit; atque mausoleum urbane desuper fabricavit. Suessionis quoque civitate, sanctos martyres et germanos Crispinum et

A Crispinianum ex quadam crypta prolatos mirifice composuit, eorumque memoriam insigni ornamento decoravit. Necnon et Belvacus municipio, beatum martyrem a Lucianum, collegam quondam sancti Quintini inventum similiter fabricavit atque composuit: sed et alias quam multas memoriis sanctorum impendit diligentias, quae nunc non sufficit narratis evolvere lingua.

CAPUT VIII.

Quanto labore apud barbaros desudavit.

Multum praeterea in Flandris laboravit, jugi instantia Andoverpis pugnavit, multosque erroneos Suevos convertit; fana nonnulla Christi clypeo protectus cum apostolica auctoritate destruxit; idololatricam quoque diversi generis ubicunque invenit, funditus subruit. Inter haec autem cum semper sobriam religiosis virtutibus teneret disciplinam, frequenter ab ingrato et perfido populo lacessitus, et pene usque ad contumeliam provocatus, nullatenus a coepta doctrina arcebat, sed magis ipse lenis, patiens, humilis, et mitis, pro eis Dominum deprecabatur: nam cum circumquaque rura lustraret, inenarrabili subtilitate blande atque composite desides barbarorum animos, et minus de spe futura sollicitos, solerti satis studio verbis blandis nitebatur stimulare, atque ad amorem supernae patriae accendere; praedicans infestis pacem, violentis quietem, ferocibus lenitatem; docens omnes in unum ad Ecclesiam coire, monasteria construere, atque in bonis actibus Deo sedule servire. Ad cujus videlicet hortatum ita nonnulla permutata est barbaries, ut subito in arido et squalenti campo videretur fecunda seges et uberrima messis surrexisse: videres complures ad poenitentiam currere, opes pauperibus erogare, libertates familiae dare, aliaque quamplurima bonorum operum praeccepta sectari. O quanti Eligii industria ab errore gentilium retracti, venerabili Christi juncti sunt gregi! Quanti exemplum ejus secuti, omnes saeculi illecebras respuentes, beatam monachorum viam sunt adepti! Quanta puellae eo suadente carnales nuptias spreverunt, ut in matris Ecclesiae receptae gremio Christi sponsae dignae haberentur! Quam copiosum etiam agmen utriusque sexus annis singulis in Paschali solemnitate, quod per totum annum acquirere poterat, manibus propriis baptizans sacro fonte abluibat! Extrahebat enim tam dulciter quam viriliter a faucibus inimici viros cum mulieribus, senes cum juvenibus, salubriaque monita assidue tradens, innumeros convertebat ad viam salutis. Videres plerumque inter multas infantium turbas anus decrepita valde aetate, cuncta tremulas membra, canescente capite, rugata fronte, necnon viros ejusdem senectutis sub manibus ejus in fonte sacro renasci quodammodo, ac subito albis indutos renovari. Videres et nonnullos ad confessionem piaminum concurrentes, et sagittis inimici saucios, ita ab Eligio veluti a peritissimo melico redire sanos, ut nulla jam in eis cicatricum vulnura remanerent, nullaque priora

* *Lucianum.* Lucium legitur in codice S. Audoeni.

culpæ eos delectatio comitaretur. Sed quid diutius **A** in Christo fundata, cœlestia potius quam desiderans, humanam studiosè sprevit oblectat ut posset habere divinam In cœlestibus con-
vocat. Porro resplendebant in eo virtutes eximie: modestia cum verecundia, sapientia cum simplicitate, severitas cum mansuetudine, doctrina cum humilitate, humilitas cum rigore; et cum esset aliis misericors, sibi ipsi erat durissimus; cæteris quoque pius, sibi abstinendo severus; omnibus largus, sibi soli restrictus: inter cuius colloquia sacra semper resonabant verba; qui de pace sollicitus, de salute patrie curiosus, die noctuque pro quiete Ecclesiarum quæ ubique sunt, ac pro pace principum supplicabat; cuique ut vocabulum nominis, ita et virtus animi et cœlestium gratiarum magnificentia concordabat.

CAPUT IX.

*Qua doctrina in populo polleret; quibus præcipue flo-
reret virtutibus.*

Nam quis ejus abundantiam rigantis ingenii contendat evolvere; aut quis ejus bona verbis valeat explicare? Quam fuit in timore Dei fundatus, in dis-
sertione providus, in consilio profundus, in causa sæculi eloquens, in virtute humilitatis mirabilis, astutus juxta Prophetam, et prudens, columbæ simplicitatem non amitens? O venerabilem Christi sacerdotem! o imitabilem virum pietate, misericordia et
charitate, quæ quotidie etiam in perfectis frigescit, in eo tamen usque ad finem aucta in dies perseveraverit! Quis namque ejus mansuetudinem, quis puritatem, quis spiritus fervorem, quis discretionem, quis
benignitatem, quis postremo jugem meditationem die noctuque in præceptis divinis, verbis poterit explicare? Quis, inquam, eo in opere Dei promptior, in oratione ferventior, in lectione sollicitior, in sobrietate parcior, in lacrymarum largitate profusior, in corpore honestior, in corde sincerior, in mansuetudine moderatior, in compunctione ferventior, in charitate jocundior potuit unquam inveniri?

Præcipuas denique virtutes quæ possent hominem ad culminis celsitudinem libenter sublevare, prudentiam scilicet, justitiam, fortitudinem et temperantiam, ita in se connexas, sibi que mutuo coherentes excoluit, ut pene in singulis emereret: habuit nempe prudentiam in discernendo, justitiam in judicando, in ar-
repto proposito fortitudinem, in qualitate discretionis temperantiam. Quid enim eo prudentius, qui contempta mundi stultitia Christum secutus est; Dei virtutem et Dei sapientiam. Quid justius, qui omni substantia pauperibus distributa, docuit divitias ob Christi dilectionem penitus esse contemnendas? Quid fortius, qui inter francorum protevram gentem barbarasque nationes, et arrogantium probrosas contumelias spiritu semper servavit invictum? Quid temperantius qui nobilium felicitate spreta, maluit in humilioribus tuto gressu pergere, quam pendulo gradu in sublimibus fluctuare? Magnopere etenim concupivit inter homines esse inglorius ut coram Deo appareret gloriosus; menteque

in Christo fundata, cœlestia potius quam desiderans, humanam studiosè sprevit oblectat ut posset habere divinam In cœlestibus con-
vocat. Porro resplendebant in eo virtutes eximie: modestia cum verecundia, sapientia cum simplicitate, severitas cum mansuetudine, doctrina cum humilitate, humilitas cum rigore; et cum esset aliis misericors, sibi ipsi erat durissimus; cæteris quoque pius, sibi abstinendo severus; omnibus largus, sibi soli restrictus: inter cuius colloquia sacra semper resonabant verba; qui de pace sollicitus, de salute patrie curiosus, die noctuque pro quiete Ecclesiarum quæ ubique sunt, ac pro pace principum supplicabat; cuique ut vocabulum nominis, ita et virtus animi et cœlestium gratiarum magnificentia concordabat.

CAPUT X.

In Provinciæ partes dæmoniacum liberat

Igitur quodam tempore causa existit ut re-
quæ proprie Provincia nuncupatur, adire det. Cumque die quadam cum nobili suo comitali agens partes ejusdem Provinciæ peragraret, rit ei vir quidam immundo et nimis sævo re-
spiritu. Is cum vidisset sanctum virum, timor-
culsus, et spumans ac pallens dixit ad eum
B hic tu, Eligi? Ad quem conversus sanctus
dixit: Et quid ad te, immundissime diabole?
mine Jesu Christi obmutesce, et exi ab i-
continuo vehementer discerpens hominem, e-
eo (quindecim vero annis obsederat et cruc-
virum pessimus ille spiritus); statim ergo p-
sanitati restitutus homo surrexit incolumis, e-
factus est ex illa hora.

CAPUT XI.

Quomodo in villa Ampucio dæmoniosam liberat

Profectus igitur Eligius devenit in villam
dam, quæ vocatur Ampucius, quæ sita est su-
pam fluminis Rhodani, et pertinet ad prædi-
chenberti illustrissimi viri. Erat autem ibi
quædam infestum diu dæmonem patiens; quo
C Eligius orationis gratia basilicam ingressus
oratione expleta regrederetur, occurrens ei
cepit nomen ejus crebrius atque insolentius
mare. Tunc Eligius respiciens eam, misertus
fixis in terram genibus oravit, deinde conver-
eam dixit: Adjuro te, maligne spiritus, per
Patrem omnipotentem, et per Jesum Christum
ejus, et per Spiritum sanctum paraclitum, ut
virtute fugatus discedas ab hoc vasculo quod
des captivum: et confestim ad ejus verbum
spiritus mulierem in terram, et facta est velu-
tua; sicque vim maximam patiens dæmon, e-
guinem per os mulieris ex internis visceribus
rens, confusus exivit ab ea, et aufugit a facie
nis Dei. Tunc sanctus Eligius jussit allevan-
rem, et benedicens aquam cum oleo dedit ei
D et cum gustasset, refocillata est anima ejus,
facta est ex ea hora.

CAPUT XII.

Ut cognitam in spiritu causam furti indicat

Neque illud prætereundum puto, quamvis si-
bile, quod eodem itinere vir beatus exper-
cognoverat. Itaque cum sufficienter cuncta p-
bus advenerat expletus, omnibusque sibi am-
episcopis in Provinciæ partibus visitatis, nec
domo Aspasii sobolis Juvini Christianissimi v-
strata, parat jam Eligius cum suis omnibus re-
ad propria. Postremo igitur omnium cum ap-
relianum Uzcesensem episcopum convivio pe-

eidem vale dicere pararet, contigit ut inter satagen-
lium utrorumque frequentiam ministrorum, unus ex
famulis ejus canuam, cum qua camelum onerarium
secum semper ducere consueverat, subito perderet
ob quod in diversa discurrens, prolixius ^a arcebat
iter. Tunc Eligius accito ad se secretius famulo, indi-
cat ei hominem sui conscium furti; jubet insuper
dicens: Vade, inquit, in illam quæ juxta cetimum
sita est rupem, illic inter vepres reperies ligatum
funda, et absconsum quod quæris; solutoque eo, ac-
cipe quod tuum est, et absque ulla injuria, absque
verbo etiam gravi, redde homini tibi designato, ex
quo ligatus tenetur fundibalum: quod cum ille fe-
cisset, nimio fur pudore atque stupore percussus,
veniam facti sui precabatur, offerens insuper homini
redemptionem piaculi.

CAPUT XIII.

Quæ demum institutione semetipsum excoluit.

Post hæc igitur Eligius ad urbem propriam re-
gressus, institutionis suæ normam quotidie augmen-
tabat in melius, diligens in primis Deum ex toto
torde, ex tota anima, atque ex tota virtute sua;
deinde proximum sicut semetipsum; in lege Domini
sine lassitudine persistens, mores bonos nulla noxia
conversatione inquinabat; vitam temporalem pro
exilio ducens, vitam æternam omni concupiscentia
spirituali desiderabat [actus vitæ suæ omni hora
custodiens, oculum mentis suæ ad Deum semper de-
fixum habebat]; ab omnibus quæ lex vetat solerti-
tate abstinens, a cogitatione quoque noxia animam
revocabat, sciens hominem et de cogitationibus ju-
dicandum: nihil præterea de se præsumens, nihilque
boni sibi tribuens, bona a se facta divino muneri
scribebat. Odientes etiam ad pacem invitans, dis-
cordes ad concordiam revocabat; consilium et opus
suum semper ad Deum convertens, in omni conatu
suo Christi auxilium flagitabat: pedes ejus semper
directi ad evangelizandum pacem, ad evangelizan-
dam bona, sub specie honesta, animo benigno ince-
debat; ac sicut fidelis servus et prudens quem con-
stituit Dominus super familiam suam, ut det illis
cibum in tempore necessario, sic populum sibi com-
munitatem omnimodis festinabat spiritali reficere cibo;
clementer docens, optime instruens, a consuetudine
peccandi tota omnes virtute retrahere nitens. Erat
præterea spiritu fervens, sollicitudine impiger, mori-
bus clarus, operibus ornatus, omnique suavitate con-
spicuus: in oratione assiduus, in jejuniiis strenuus,
in eleemosynis largus, atque ita inter divites et pau-
peres medius, ut pauperes eum quasi patrem, divites
quasi superiorem sibi aspicerent; ipse enim non ad
personæ potentiam, sed potius ad morum elegantiam
attendebat, et tanto unumquemque eminentius hono-
rabat, quanto vivere sanctius didicerat. Erga ege-
lus quoque et advenas ita se sollicitum exhibebat,

ut vere Christum esse in ipsis fide integra crederet,
et non tam illis quod conferebat, quam ipsi Christo
se eadem conferre gauderet. Ipsi quidem fenera-
bat cibum, et oculis suspiciebat cælum; ipsis ali-
menta præbebat, et Christum cum fiducia invocabat;
ulnas tendebat in dando, mercedem procul dabo
expectans ex alto: nam quantam molem substan-
tiæ Eligius disperserit amore Dei succensus, meum
tantum non est referre, norunt hæc atque senserunt
omnes pene quatuor cæli plagæ. Quod enim mona-
sterium non ejus penetravit eleemosyna? aut quis
clericorum non ejus substantia refocillatus est?
quis peregrinus non ejus est receptus hospitio? aut
quibus advenis non suum impendit obsequium? Quos
curiosissime omnibus locis perquirens, damnatum suum
B putabat, si quisquam debilis aut esuriens beneficio
sustentaretur alterius: ardentissima quippe fide toto
Salvatori animo conjunctus, reddebat ei quod ab
ipso acceperat, ac per singulos ejus famulos Chris-
tum se videre credens, quidquid in illos conferret,
contulisse se in Deum lætabatur, illud semper revolvens
quod Dominus in Evangelio dicit: *Beati misericordes,
quoniam ipsi misericordiam consequentur* (Matth. v, 7).
Et illud: *Sicut aqua exstinguit ignem, ita eleemosyna
exstinguit peccatum* (Eccli. iii, 53). Et illud: *Facite
vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in
æterna tabernacula* (Luc. xvi, 9). Et, *Date eleemosynam,
et ecce omnia munda sunt vobis* (Luc. xi, 41). Hujusmodi
Eligius studiis exercitatus, divina eum gratia comitabatur
uberius.

CAPUT XIV.

Ut patriam revisens Bituricas, reos carcerem liberavit.

Denique quodam tempore, affectu pietatis et pa-
storali cura sollicitus, venerat ei in animum solum
propriam paternæ possessionis, civitatem Lemovicinam
visitare. Audiens enim sanctam famam monasteriorum
suo jam exemplo in eadem urbe constitutorum, deside-
rabat magnopere proprio eadem cernere intuitu, et præcipue
ob monasterii sui venerabilem atque omnibus invitabilem
institutionem, quam nimio desiderio æstuabat: comitatu
cum Bituricas civitate appropinquaret, directis in viam
cunctis comitibus suis, ipse cum paucis destinatus
erat ad memoriam Sulpicii confessoris ^b orare. Quo
cum pervenisset, oratione facta, audit complures
nuper mortis sententia damnatos teneri in carcere
fiscali vincetos; interfecerant enim quemdam fisca-
lem judicem, et idcirco habebantur in vinculis. Eli-
gius ergo memor verbi Domini dicentis: *In carcere
eram, et venistis ad me* (Matth. xxv, 36); et: *Quandiu
fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis* (Ibid. v.
40), rogat se deduci ad eos; sed cum appropinquas-
set custodiæ carceris, mox milites consurgentes
obstiterunt ei vehementer, nec permiserunt eum
propius accedere: tunc ille mæstus admodum indi-

^a Arcebat iter. Sic codex S. Aud. Editi arcebat. Ex eodem capite a Ildidi quæ uicis inclusa vides capite sequenti.

^b Orare. Ita malui cum codice S. Aud. quam ut in priori editione, ad: are.

gnatusque animo discessit, et cœptum iter peregit. Factum est autem cum pervenisset ad locum destinatum, commoratus est aliquandiu apud urbem Lemo-vicas, et circuiens omnia monasteria tam infra urbem quam in suburbanis sita, devotissime omnium benedictiones hauriebat, visitatis etiam in suo monasterio fratribus, necnon et secundo eisdem abbate constituto (prior enim ad episcopatum captus habebatur) paterna singulos sollicitudine commonebat, hortans omnes servire Deo in veritate, et simplicitate cordis, quotidieque in melius coalescere, et acceptum propositum omni instantia ad finem usque perducere. Venit autem et ad prædium parentum suorum; nam et ibi jam habebatur monasterium a germano ejus Alicio in ipso patris sui tabernaculo constructum; ibique similiter fratribus conventis, atque elementer consolatis, parat postremum reverti ad civitatem suam; et cum procul a Bituricis iter carperet, voluit iterum divertere ad civitatem; stimulabat enim animum ejus, quoniam reos qui tenebantur in carcere, nihil prius juvatus fuisset, nec quisvisset liberare eos.

Ob hoc ergo iter agens, precabatur Dominum ut convento carcere non pateretur laborem suum frustra consumere. Die igitur qua ingressurus erat civitatem, cum valde diluculo elevasset oculos suos ad cœlum, facta est caligo et nebula tenebrosa nimis, ita ut habitatores civitatis nec ad spatium jacti lapidis procul contueri possent. Sic ergo Eligius urbem ingressus, cum appropinquasset januas carceris, confestim velut magno ferientis impulsu, divino nutu contractæ sunt serræ, dissipati cardines, ostia carceris patefacta, omniaque vincula compeditorum soluta. Tunc Eligius concessam sibi virtutem quasi nihil ad se simulans pertinere, cito carcere discedit, dat tamen reis consilium ut mox egredientes ergastulum, ecclesiæ peterent confugium: at illi egressi sine mora celeri cursu ad basilicam beati Sulpicii properant; cumque essent omnia ecclesiæ ostia obserata, et rei sine illucque circumspicientes nusquam invenirent introitum, fracta est subito una ex vitreis maximis quæ erant in fronte basilicæ, simulque ostium patefactum est unum ex latere ecclesiæ, atque ita carcerati basilicam ingressi thronum altaris sunt expectati. Deinde cum sanctus Eligius omnia orationum loca circumiens illuc quoque devenisset, invenit eos omnes circa altare, seu ante sepulcrum præfati antistitis consistentes; et milites quidem cum invenissent carcerem dissipatum, statim persecuti sunt eos usque ad prædictum locum, et ingressi basilicam, infecerunt eis manus, ac ferro vinctos loris trahere conabantur; quibus beatus Eligius blando alloquio dixit: Nolite, quæso, homines Dei, nolite hæc in loco sacro agere; cur perdere nitimini quos jam pius Dominus liberavit? Quare facitis tam impie in domo Dei? Cur non pertimescitis tanti sceleris culpam? domus enim hæc, domus vitæ est, non mor-

tis; refugium est delinquentium, non damnatorum confugientium; orationis est locus, non latronum specus. Sed cum nihil apud eos sermo ejus proficeret, iterum ait: Dominus Deus videat quod operamini, vos si quidem me audire renuistis, audiet credo ille qui nunquam derelinquit sperantes in se. Mox ergo ad solita præsidia convertens se, prostravit se in terram inter altare et confessoris memoriam, atque enixius Dominum supplicavit; et cum ab oratione caput elevasset, statim contractæ catenæ in terram ceciderunt, cunctaque quæ imposuerant ligamina omnibus astantibus sunt magno impetu disrupta atque dissoluta: quod milites videntes, ingenti metu perculsi, confestimque ad pedes sancti Eligii pervoluti, veniam facti sui precabantur, dicentes: Peccavimus, domine pater, inique egimus, stulte gessimus in eo quod contra te contendere præsumpsimus: agnoscimus modo quod male egimus, impietati nostræ ignoscere te rogamus. Tunc ille dixit ad eos: Et ego novi quod ignoranter fecistis; Dominus enim operatus est sicut voluit; ipse qui hos eripuit, ipse vobis, oro, indulgentiam tribuat, et a cunctis peccatis propitiatus absolvat: nam non ego, ut vos putatis, sed sanctus Sulpicius ad se fugientes defendit reos. Hoc ergo modo Eligius, imo Dominus per Eligium, absolvit eos his numero a diræ mortis periculo. Ille pius, ille misericors, qui sævientem Herode eripuit Petrum de obseratis militum custodiis, nunc operatus est cum Eligio famulo suo Bituricis: qui vinctum in carcere absolvit vas electionis Paulum, ipse nunc dissipato carcere humiliavit arrogantiam superbiorum: illi ergo laus, illi gloria, per quem servi ejus in mundo tanta possunt facere mirabilia. Sic ergo reis absolutis, qui pene nudi videbantur, Eligius elargitis indumentis et eleemosynis, mandat de cætero corrigere vitam; multamque et aliam, exceptis his eodem die diversis pauperibus, necnon et monasteriis, distribuit pecuniam. Inde igitur digressus, cæpto tramite pergens pervenit tandem ad suos.

Diebus namque singulis plebem sibi commissam commonens, infatigabiliter salutaribus monitis exhortabatur, zelo nimirum veritatis accensus, volebat populis pandere quod ipse intemerata fide teneret, mandans omnibus servire Deo in veritate, et facere justitiam in omni tempore, et ut essent memores beneficiorum Christi, et benedicerent nomen ejus cunctis diebus vitæ suæ. Nam collectis undique ad ecclesiam turbis, multa quidem et magna breviter in sermone complexa, sed in ædificatione spiritualiter copiosa, cum prophetica fiducia exaltans vocem hujusmodi ad eos proferebat monita.

CAPUT XV.

Quibus monitis exhortans evangelizabat populo.

Loque vos, fratres charissimi, et cum gaudio humilitate admoneo, ut intentis animis auscultare jubeatibus quæ vobis pro salute vestra suggerere volo: Omni-

* Ipse. . . teneret. Codex S. Aud, ipsi. . . tenerent.

potens enim scit Dominus quod prompta erga vos charitate ista vobis profero; quæ si non fecero, procul dubio reus debiti tenebor: vos ergo non pro mea parvitate, sed pro vestra quæ dico salute libenter suscipite, ita duntaxat ut quæ aure percipiitis opere compleatis, ut et ego de meo obsequio et de vestro profectu merear vobiscum gaudere in cœlesti regno. Si cui forte displiceo quod tam frequenter vobis prædicare contendo, rogo non mihi molestus existat, sed magis periculum meum consideret, et audiat Dominum per prophetam terribiliter sacerdoti comminantem: *Si non annuntiaueris, inquit, iniquo iniquitatem suam, ipse in iniquitate sua morietur: sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Quod si annuntiaueris impio, et ille non fuerit conversus a pravitate sua, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti (Ezech. xxxiii, 8, 9). Et illud: Clama, ne cesses, et annuntia populo meo peccata eorum (Isa. lvi, 1).* Considerate ergo, fratres, quia oportet me sine cessatione vestros animos ad tremendum Dei judicium, et ad desiderandum cœleste præmium excitare, ut vobiscum pariter merear in angelorum consortio perpetua pace gaudere; ideoque rogo ut diem judicii semper pertimescatis, diem mortis suspectum quotidie ante oculos habeatis. Considerate quales eritis præsentandi conspectibus angelorum, vel qualem pro meritis vicissitudinem recepturi, et si poteritis in illo die illibatam referre quod in baptismo promisistis. Mementote quia tunc pactum cum Deo fecistis, atque abrenuntiare vos diabolo, et omnibus speribus ejus, in ipso baptismi sacramento promisistis. Qui potuit, tunc ipse per se et pro se hæc respondit; qui vero non potuit, fidejussor pro eo ad ejus vicem ista Deo promisit, ille scilicet qui eum de sacro fonte suscepit. Considerate ergo quale patet cum Deo fecistis, et requirite apud vos ipsos, si post ipsam promissionem opera maligni diaboli, cui renuntiavistis, secuti estis; abrenuntiastis enim diabolo, et omnibus pompis et operibus ejus, id est, idoliis, sortibus, auguriis, furtis, fraudibus, fornicationibus, ebrietatibus, et mendaciis: hæc sunt vero opera et pompæ ejus; promisistis e contra credere vos in Deum Patrem omnipotentem, et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, Conceptum de Spiritu sancto, natum ex Maria virgine, passum sub Pontio Pilato, tertia die resurrexisse a mortuis, ascendisse in cœlos; promisistis deinde credere vos et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam æternam. Hæc procul dubio cautio et confessio vestra, quam tunc promisistis, semper apud Deum tenetur, quapropter vos, charissimi, moneo ut ista confessio, vel promissio vestra semper in vestra teneatur memoria, et hoc quod Christiani vocamini, non ad judicium vobis sit, sed potius ad remedium. Nam ideo Christiani facti estis, ut semper opera Christi faciatis, id est, ut ca-

stitatem ametis, luxuriam et ebrietatem fugiatis, humilitatem teneatis, superbiam detestemini, quia Dominus Christus humilitatem et ostendit exemplis, et docuit verbis, dicens: *Discite a me: quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris (Math. xi, 29).* Invidiam etiam reponatis, charitatem invicem habeatis, et semper de futuro sæculo et de æterna beatitudine cogitetis, ac plus pro anima quam pro corpore laboretis, quia caro paucò tempore erit in hoc mundo, anima vero, si bene agit, sine fine regnabit in cœlo; at si male egerit, sine misericordia ardebit in inferno: qui vero non cogitat nisi de ista tantummodo vita, animalibus et bestiis similis factus est.

Non ergo vobis sufficit, charissimi, quod Christianum nomen accepistis, si opera Christiana non facitis: illi enim prodest quod Christianus vocatur, qui semper Christi præcepta et mente retinet, et opere perficit, qui furtum scilicet non facit, qui falsum testimonium non dicit, qui nec mentitur, nec perjurat, qui adulterium non committit, qui nullum hominem odit, sed omnes sicut semetipsum diligit, qui inimicis suis malum non reddit, sed magis pro ipsis orat, qui lites non concitat, sed discordes ad concordiam revocat. Hæc enim præcepta ipse Dominus Christus per semetipsum dignatus est in Evangelio tradere, dicens: *Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, non perjurabis, et fraudem non feceris. Honora patrem et matrem: et diliges proximum tuum sicut teipsum. (Math. xix, 18 seq.). Et, Quodcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite eis (Math. vii, 12).* Hæc est enim lex et prophetæ. Et adhuc his majora, sed valde fortia atque fructifera his dedit mandata, dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et, Orate pro persequentibus, et calumniantibus vos (Math. v, 44).* Ecce forte mandatum, et videtur hominibus durum, sed magnum quidem habet præmium: audite quæ: *Ut sitis, inquit, filii patris vestri, qui in cœlis est (Ibid. v. 4).* O quanta gratia! per nos servi digni non sumus, et per inimicorum dilectionem filii Dei efficiuntur. Ideo ergo, fratres et amicos diligite in Deum, et inimicos diligite propter Deum; *Qui enim diligit proximum, sicut dicit Apostolus, legem implevit (Rom. xii, 8).* Nam qui verus Christianus vult esse, hæc ei necesse est præcepta custodire; si enim non custodit, ipse se circumvenit. Ille itaque bonus Christianus est, qui nulla phylacteria vel adinventiones diaboli credit, sed omnem spem suam in solo Christo ponit; qui peregrinos tanquam ipsam Christum cum gaudio suscipit; quia ipse dicit: *Hospes sui, et suscepistis me (Math. xxv, 35).* Et, *Quandiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis (Ibid. v. 40).* Ille, inquam, bonus Christianus est, qui hospitibus pedes lavat, et tanquam parentes charissimos diligit; qui juxta quod habet, pauperibus eleemosynam tribuit; qui ad ecclesiam frequentius venit, et oblationem quæ in altari Deo offeratur, ex-

* Factus est. In codice S. Aud. non legitur factus.

libet; qui de fructibus suis non gustat, nisi prius Deo aliquid offerat; qui stateras dolosas, et mensuras duplices non habet; qui pecuniam suam non dedit ad usuram; qui et ipse caste vivit, et filios vel vicinos docet, ut caste et cum timore Dei vivant; et quoties sanctæ solemnitates adveniunt, ante dies plures castitatem etiam cum propria uxore custodit, ut secunda conscientia ad Domini altare accedere possit: qui postremo symbolum vel orationem Dominicam memoriter tenet, et filios ac ^a familiam eandem docet. Qui talis est, sine dubio verus Christianus est, sed et Christus in ipso habitat, qui dixit: *Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus* (Joan. xiv, 13). Similiter et per prophetam dicit: *Ego inhabitabo in eis, et inter illos ambulabo: et ero illorum Deus* (Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16).

Ecce audistis, fratres, quales sint Christiani boni, ideo quantum potestis cum Dei adiutorio laborate, ut nomen Christianum non sit falsum in vobis, sed ut veri Christiani esse possitis, semper præcepta Christi et cogitate in mente, et implete in operatione; redimite animas vestras de pœna, dum habetis in potestate remedia: eleemosynam juxta vires facite, pacem et charitatem habete, discordes ad concordiam revocate, mendacium fugite, perjurium expavescite, falsum testimonium non dicite, furtum non facite, oblationes et decimas ecclesiis offerte, luminaria sanctis locis juxta quod habetis exhibete, symbolum et orationem Dominicam memoria retinete, et filia vestris insinuate; filios etiam quos ex baptismo suscepistis docete et castigatè, ut semper cum timore Dei vivant, scitote vos fidejussores pro ipsis apud Deum esse. Ad ecclesiam quoque frequentius convenite, sanctorum patrocinia humiliter expetite, diem Dominicum pro reverentia resurrectionis Christi absque ullo servili opere colite, sanctorum solemnitates pio affectu celebrate: proximos vestros sicut vos ipsos diligite: quod vobis vultis ab aliis fieri, hoc et vos aliis facite; quod vobis non vult fieri, nulli facite; charitatem ante omnia habete, quia charitas operit multitudinem peccatorum: estote hospitales, humiles, omnem sollicitudinem vestram ponentes in Deum, quoniam ipsi cura est de vobis. Infirmos visitate, carceratos requirite, peregrinos suscipite, esurientes pascite, nudos vestite. Hariones et magos spernite: sit vobis æqualitas in pondere et in mensura, sit statera justa, justus modius, æquusque sextarius, nec plus quam dedistis repetatis, neque usuras pro fenerata pecunia a quocumque exigatis. Quod si observaveritis, securi in die judicii ante tribunal æterni Judicis venientes dicetis: Ita, Domine, quia dedimus; miserere, quia misericordiam fecimus; nos implevimus quod jussisti, tu redde quod promisisti.

Ante omnia autem illud denuntio atque contestor,

^a Familiam eandem. Codex S. Aud., filias eandem.

^b Ut nullas. Idem. S. Aud. codex, ne ullas.

^c Jollicos. Codex S. Aud., ulerilicos.

ut nullas paganorum sacrilegas consuetudines observetis, non caraios, non divinos, non sortilegos, non præcatores; nec pro ulla causa aut infirmitate eos consulere vel interrogare præsumatis; quia qui facit hoc malum, statim perdit baptismi sacramentum. Similiter et auguria, vel sternutationes nolite observare, nec in itinere positi aliquas aviculas cantantes attendatis, sed sive iter, seu quodcumque operis arripieris, signate vos in nomine Christi, et symbolum, et orationem Dominicam cum fide et devotione dicite, et nihil vobis nocere poterit inimicus. Nullus Christianus observet qua die domum exeat, vel qua die revertatur, quia omnes dies Deus fecit: nullus ad inchoandum opus diem vel lunam attendat: nullus in Kalendis Januarii nefanda et ridiculosa, vetulas, aut cervulos, aut ^e jollicos faciat, neque mensas super noctem componat, neque strenas, aut bibitiones superfluas exerceat. Nullus Christianus in puras credat, neque in cantu sedeat, quia opera diabolica sunt: nullus in festivitate sancti Joannis, vel quibuslibet sanctorum solemnitatibus, solstitia, aut vallationes, vel saltationes, aut ^d caraulas, aut cantica diabolica exerceat: nullus nomina dæmonum, aut Neptunum, aut Orcum, aut Dianam, aut Minervam, aut Geniscum, aut ceteras hujusmodi ineptias credere, aut invocare præsumat. Nullus diem Jovis absque festivitibus sanctis, nec in Maio, nec ullo tempore in otio observet, neque dies tinarum, vel murorum, aut vel unum omnino diem, nisi tantum Dominicum. Nullus Christianus ad fana, vel ad petras, vel ad fontes, vel ad arbores, aut ad cellos, vel per trivia luminaria faciat, aut vota reddere præsumat: nullus ad colla vel hominis, vel cujuslibet animalis ligamina dependere præsumat, etiamsi a clericis fiant, et si dicatur quod res sancta sit, et lectiones divinas continueat, quia non est in eis remedium Christi, sed venenum diaboli. Nullus præsumat lustrationes facere nec herbas incantare, neque pecora per cavam arborem, vel per terram foratam transire, quia per hæc videtur diabolo ea consecrare. Nulla mulier præsumat succinos ad collum dependere, nec in tela vel in tinctura, sive quolibet opere Minervam, vel infaustas ceteras personas nominare, sed in omni opere Christi gratiam adesse optare, et in virtute nominis ejus toto corde confidere. Nullus, si quando luna obscuratur, vociferare præsumat, quia Deo jubente certis temporibus obscuratur; nec luna nova quisquam timeat aliquid operis arripere, quia Deus ad hoc lunam fecit ut tempora designet, et noctium tenebras temperet, non ut alicujus opus impediatur, aut demerentem faciat hominem, sicut stulti putant, qui a dæmonibus invasos a luna pati arbitrantur. Nullus dominos solem aut lunam vocet, neque per eos juret; quia creatura Dei sunt, et necessitatibus hominum jussu Dei

^d Aut coraulas. Deest in codice S. Aud.; legendum aut choraulas. Infra ubi editum est aut Geniscum, haud satis scio an reponendum sit, aut Genium.

inserviant : nullus sibi proponat fatum vel fortunam, aut genesim, quod vulgo nascentia dicitur, ut dicat, qualem nascentia attulit, taliter erit ; quia Deus omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire (1 Tim. II, 4), atque omnia in sapientia dispensat, sicut disposuit ante constitutionem mundi. Præterea quoties aliqua infirmitas supervenerit, non querantur præcantatores, non divini, non sortilegi, non caragi, nec per fontes aut arbores, vel bivios diabolica phylacteria exercentur ; sed qui ægrotat, in sola Dei misericordia confidat, et Eucharistiam corporis et sanguinis Christi cum fide ac devotione accipiat, oleumque benedictum fideliter ab ecclesia petat, unde corpus suum in nomine Christi ungat, et secundum apostolum oratio fidei salvabit infirmum, et allevabit eum Dominus ; et non solum corporis, sed etiam animæ sanitatem recipiet, complebiturque in illo quod Dominus in Evangelio promisit, dicens : *Omnia enim quæcumque petieritis in oratione credentes, accipietis* (Jacob. v, 15 ; Matth. XXI, 22).

Ante omnia ubicumque estis, sive in domo, sive in itinere, sive in convivio, verba turpia et luxuriosa nolite ex ore vestro proferre, quia sicut Dominus in Evangelio præannuntiat : *De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines super terram, reddent rationem in die iudicii* (Matth. XXI, 26). Ludos etiam diabolicos, et ^a vallationes, vel cantica gentium fieri vetate ; nullus hæc Christianus exerceat, quia per hæc paganus efficitur ; nec enim iustum est ut ex ore Christiano, ubi sacramenta Christi mittuntur, et quod decet Deum semper laudare, cantica diabolica procedant : ideoque, fratres, omnes adventiones inimici toto corde respuite, et supradicta sacrilegia cum omni horrore fugite. Nulli creaturæ præter Deo et sanctis ejus venerationem exhibeatis : fontes vel arbores, quos sacros vocant, succidite ; pedum similitudines, quos per bivia ponunt, fieri vetate, et ubi inveneritis, igni cremate : per nullam aliam artem salvari vos credatis, nisi per invocationem et crucem Christi. Nam illud quale est, quod si arbores illæ, ubi miseri homines vota reddunt, ceciderint, nec ex eis ligna ad focum sibi deferunt ? Et videte quanta stultitia est hominum, si arbori insensibili et mortuæ honorem impendant, et Dei omnipotentis præcepta contemnunt. Non ergo cælum, non sidera, non terram, nec ullam omnino creaturam præter Deum ullus adorandam credat, quia omnia ipse solus condidit atque disposuit. Altum quidem est cælum, ingens terra, immensum mare, pulchra sidera, sed immensior et pulchrior sit necesse est qui hæc creavit ; si enim hæc quæ videntur tam incomprehensibilia sunt, id est, varii terræ fructus, pulchritudo rerum, diversitas pomorum, genera animalium, alia super terram, alia in aquis, alia in aere, apum quoque prudentia, ventorum flatus, nubium rores, tonitruorum fragores, temporum vices dierum noctium-

^a Vallationes. Acherius recte monet legi oportere *ballationes*, hoc est saltationes.

que vicarius recursus, quæ omnia nullatenus mens humana potest æstimatione comprehendere : si ergo hæc talia sunt, quæ videmus, et nullatenus comprehendimus, qualia æstimanda sunt illa cœlestia, quæ nondum videmus ? Vel qualis horum omnium opifex, cujus nutu cuncta creata sunt, cujus et arbitrio omnia gubernantur ? Illum ergo, fratres, super omnia timete, illum inter omnia adorate, illum ultra omnia amate, ad illius vos misericordiam tenete, de ejus clementia nunquam desperate.

Quos bonos videtis, illos imitami ; quos malos conspicitis, castigate et corripite, ut duplicem mercedem habere possitis. Et qui hactenus idoneus a supradictis malis vixisse cognoscitur, gaudet quidem, et Deo gratias agat, ac de cætero observet, et perseverare in bonis operibus festinet : qui vero usque nunc mala opera exercuit, cito se corrigat, et ex toto corde poenitentiam agat antequam de hac luce discedat ; quia si sine poenitentia mortuus fuerit, non ibit ^b in redemptionem, sed præcipitabitur in gehennam ignis, unde nunquam exiet in sæcula sæculorum. Quapropter omnes alloquor, viris pariter et feminis dico, corrigat se unusquisque, et vitia sua dum potest emendet, mala opera quæ gessit poenitendo expiet. Nullus se inebriet, nullus in convivio suo cogat alium plus bibere quam oportet, quia vino multo deditos vehementer Apostolus redarguit dicens : *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt* (1 Cor. vi, 10). Nullus vel in qualibet minima causa diaboli sequatur adventiones : nullus, sicut dictum est, observet egrediens aut ingrediens domum quid sibi occurrat, vel si aliqua vox reclamantis fiat, aut qualis avis cantus garriat, vel quid etiam portantem videat ; quia qui hæc observat, ex parte paganus dignoscitur ; qui vero hæc contemnit, sibi prophetam gratuletur clamare : *Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus ; qui non respexit in vanitates et insanias falsas* (Psal. xxxix, 5). Hinc et Apostolus monet : *Omnes, inquit, quodcumque facitis, in nomine Domini nostri Jesu Christi facite* (Col. iii, 17). Prorsus ergo recedendum est a cunctis hujuscemodi observationibus, mathematici spernendi, auguria horrescenda, somnia contemneuda, quoniam, sicut Scriptura testatur, vana sunt. Unde et per Moysen præcipitur : *Non augurabimini, inquit, nec observabitis somnia, neque ad magos declinabitis* (Levit. xix, 25). Oportet igitur ut et vos hæc tota mente observetis, et si quos cognoscitis vel occulte aliqua phylacteria exercere, expedit ut nec cibum cum eis sumatis, neque ullum consortium apud eos habeatis. Ista ergo omnia spernentes ad Dei vos auxilium conferte, de ejus misericordia nunquam desperate.

Omni diei Dominico ad ecclesiam convenite, et ibi non causas, non rixas, vel otiosas fabulas agatis, sed lectiones divinas cum silentio auarclate : et pro pace Ecclesiæ, vel pro peccatis vestris orate : qui

^b In redemptionem. Codex S. Aug., in requiem, quæ lectio nescio an non aptior sit.

enim in ecclesiis fabulari non timet, et pro se, et pro aliis redditurus est rationem, dum nec ipse verbum Dei audit, nec alios audire permittit : de talibus quippe Dominus in Evangelio dicit : *Vae vobis, hypocritae, qui clauditis regnum caelorum ante homines : vos non introitis, nec introeuntes similis intrare* (Matth. xxiii, 13). Iudices etiam qui praestis, iustissime iudicatis, nihil in iudicio in iuste agatis, nec munera super innocentes accipiatis ; non ad personam attendatis, nec res alienas rapaciter tollatis, quia de vestris quid vel supra noctem agatur, nescitis. Pauperem etiam et advenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud quod Veritas in Evangelio dicit : *Quia in quo iudicio iudicaveritis, iudicabimini. Et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis* (Matth. vii, 2). Cavete semper ne de vobis propheta dicat : *Vae vobis qui potentes estis in mundo : qui justificatis impium pro muneribus, et iustitiam iusti auferitis ab eo* (Isai. v, 22). *Vae qui dicitis malum bonum, et bonum malum* (Ibid. v. 20). *Labia vestra loquuntur mendacium, et manus vestrae plenae sunt iniquitate* (Ibid. lix, 3). *Facta est vobis veritas in oblivionem, et iustitia fugit a vobis* (Ibid. v. 19). Haec, fratres, considerantes pariter et qui praestis, et quibus praestis, in Dei vos timore solidate ; retinete quae dicta sunt, facite quae praecipita sunt, habete semper Christum in mente, signum ejus in fronte. Scitote quia multos habetis adversarios qui cursum vestrum impedire festinant ; ideo in omni loco, omni hora, crucis signaculo vos armate, crucis vexillo vos munite : hoc enim solum timent, illud solum expavescunt ; hoc et vobis datum est scutum in quo possitis omnes sagittas maligni ardentis extinguere. Porro magna res est signum Christi, et crux Christi, sed illis solis prodest qui faciunt mandata Christi ; ut ergo vobis prosit, praecipita ejus totis viribus adimplere contendite, et sive sedetis, sive ambulatis, sive manducatis, sive lectum ascenditis, sive ab strato surgitis, signum Christi vestram munit frontem, et vos semper memoria Dei et vigilantes protegat, et in sopore custodiat ; et quoties in nocte excitati fueritis, et somnus ex oculis evolverit, mox labiis signum crucis occurrat, mensque orationibus occupetur, ac Dei praecipita in corde volvantur, ne stupido pectori repente subrepat inimicus, vel per fatuam incuriam serpat in animam avidus adversarius : et cum in sensu vobis turpem suggererit cogitationem, proponite futurum Dei iudicium, inferni supplicium, gehennae poenas, tartari tenebras, quae impij patiuntur. Si haec feceritis, statim turpis cogitatio evanescent, nec vos deserit virtus Christi, quia verum est quod propheta canit : *Sperantes in Domino misericordia circumdabit* (Psal. xxxi, 10).

Sed cum haec omnia, auxiliante Domino, impleveritis, scitote quia hoc moleste accepturus est diabolus, dum viderit vos a societate sua discedere et ob hoc fortasse aliquas nequitias aut infirmitates vobis

^a Et pro se et pro. Sic codex S. Aud. Editi, et ipse pro aliis.

immet ; nolite pro hoc desperare, quia ad vos probandos permittet hoc Deus fieri, ut cognoscat si ex toto corde vos ad ejus misericordiam tenetis, vel si veraciter in eum creditis ; sed vos patienter cuncta sufferte, et Deum in omnibus benedicite, ut in vobis impleri possit quod scriptum est : *Beatus vir qui suffert tentationem ; quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae* (Jacob. i, 12). Consolatur vos et hoc quod Apostolus dicit : *Quia cum tribulamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* (I Cor. xi, 32) : necnon et illud : *Flagellat Deus omnem filium quem recipit* (Heb. xii, 6). Et illud : *Quos amat Dominus arguit et castigat* (Ibid.). Quod si semel vel bis nequitias quas immet, viriliter atque fideliter pro Dei timore sustuleritis, ita ipsa postea a vestra infestatione Deus dignabitur repellere, ut ulterius vos nunquam possit nocere. Ita ergo vos, si veri non falsi Christiani estis, omnes diabolicas circumventiones fugite ac despiciate, et tota mente vos ad Deum tenete, ut quaecumque vobis adversa inimicus immiserit, patienter et fortiter toleretis ; nam etsi per sortilegos aut divinos aliqua praedixerit, et ita evenerit, nolite mirari, quia spiritus per aera volantes facile possunt praevidere aliqua futura. De hac re etiam Scriptura divina contestatur, dicens : *Etiam si vera dixerint vobis, nolite credere eis. Tentat enim vos Dominus Deus vester utrum timeatis eum, an non* (Deut. xiii, 3). Illud etiam scitote quia nec vos nec aliquid quod ad vos pertinet laedere poterit inimicus, nisi quantum permisit Deus ; permittit autem hoc Deus, quia peccata hominum haec exigunt ; permittit, inquam, duabus ex causis : ut aut probet, si boni estis, aut castiget, si peccatores. Sed qui patienter dispensationem Domini sustinuerit, ita ut cum perdidit aliquid, dicat : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum* (Job i, 21). Pro ista patientia aut coronam accipiet, si justus est, vel indulgentiam, si peccator : quod si murmuraverit, vel desperaverit, rerum pariter atque animae damnus incurret. Sed mihi credite, fratres, quia si ex toto corde semper in Dei timore permaneritis, et praecipita ejus custodieritis, ita ut nulla ex gentili consuetudine observetis, nihil vobis jam inimicus nocere poterit, sed omnia vestra prosperabuntur : recto enim Christiano nec auguria, nec alia quaelibet signa nocere possunt, quia ubi signum crucis cum fide et timore Dei praecesserit, nihil ibi inimicus nocere poterit ; tepidis vero et negligentibus ideo nocere possunt, quia relinquentes Dei praecipita per vitae suae negligentiam prava exercendo opera, ipsi se daemone potestati spontanea tradunt voluntate ; qui si in Christi servitio perseverarent, et per ejus solum confiderent auxilium, nihil prorsus mali paterentur.

Hoc ergo scientes, totis viribus vos ad Dei misericordiam tenete opera bona semper agite, et de

^b Rapaciter. In codice S. Aud. legitur rapaci fortia.

substantia vestra pauperibus erogate; qui plus habet, plus tribuat, qui vero minus, ex ipso largiatur beatus et hilaris; unusquisque quod praevalet tribuat, quia nimirum est unde gaudeat. Scilicet, qui dat parum, accipiet multum, sicut et Dominus promittit dicens: *Centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit* (Math. xix, 29). Dat, inquam, nummum, et comparat caeleste regnum; dat parvam pecuniam, et emit vitam aeternam. Tenete ergo vos ad eleemosynam, quia, sicut scriptum est, *Eleemosyna de morte liberat* (Tob. xii, 9). Et qui eam fecerit, non ibit in tenebras. Unusquisque quantum praevalet, tantum porrigat; qui habet aurum, det aurum, qui habet argentum, det argentum; qui vero non habet pecuniam, cum bono animo det buccellam pauperibus; et si non habet integram, ex eo quod habet fraugat, et partem egeno tribuat; sciat quia quamvis parum cum bono animo obtulerit, acceptabile Deo erit; Dominus enim non copia largitatis, sed benivolentia et devotione delectatur et pascitur largientis. Ut autem nullus pauper se ab eleemosyna excusare possit, ipse Dominus pro calice aquae frigidae mercedem redditurum se esse promisit (Math. x, 42). Qui enim plures a Deo facultates accepit, majus iudicii periculum sustinebit: potuit nempe Deus omnes homines divites facere, sed pauperes ideo in hoc mundo esse voluit, ut divites haberent quomodo peccata sua redimerent. Redimite ergo vos, charissimi, dum habetis in potestate pretium; date eleemosynam de bono et de justo labore, et non de alterius rapina; audite modo antefores vestras pauperes rogantes, ut ipsi pro vobis in die iudicii rogent: prophetam attendite clamantem: *Qui averterit, inquit, aurem suam a clamore pauperis, et ipse invocabit Dominum, et non exaudiet eum* (Prov. xxi, 13). Date ergo de eo quod vobis dedit Deus, quia ipse accipit quod pauperibus datis; ipsi quidem datis, sed vobis in futurum transmittitis, non unde ventrem impleatis, sed unde flammis extinguatis; quia *Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna exstinguit peccata* (Eccli. iii, 33). Hinc et Dominus per Prophetam dicit: *Dabunt singuli redemptionem animarum suarum, et non erit in eis morbus, neque caesus*. Date ergo, dum licet, redemptionem animarum vestrarum; redimite vos ipsi dum vivitis; quia post mortem nemo vos redimere potest. Unusquisque de quali ingenio vel artificio vivit, de ipso decimam Deo in pauperibus vel ecclesiis donet: consideret quia omnia Dei sunt per quae vivit, sive terra, sive semina, sive flumina, vel omnia quae sub caelo vel supra caelos sunt; et si ipse non dedisset, nihil utique haberet; nam Deus noster, qui dignatur totum dare, decimam de suo dignatur a nobis repetere, non sibi penitus, sed nobis profuturam: de enim per prophetam ipse promisit, dicens: *In forte, inquit, omnem decimam in harris meis; et probate me in his, dicit Dominus. Si non aperueritis vobis cataractas caeli, et effundero vobis fructus terrae [Al., benedictionem] usque ad abundantiam* (Malach. iii).

A Reddite ergo libenter ex omnibus quae possidetis super terram, quod cognoscitis Deo placere; nolite decuncta substantia vestra fraudare decimam, ne vobis novem partes auferantur, et sola decima remaneat. Convertimini ad hoc, dicit Dominus, ut aperiam vobis cataractas caeli, et effundam vobis benedictionem meam. Si igitur dederitis voluntarie, plus semper vobis Dominus dabit; si non dederitis, quantumque pauperes in locis quibus habitatis fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei eritis. Insuper immet vobis Dominus pestilentiam, et famem, et perdetis totum quod habetis, necnon adhuc et animas vestras. Ut autem haec vobis non veniant, festinate cum bono animo dare, unde animas vestras possitis redimere, nec eligatis cui misericordiam faciatis, ne forte praetereatis eum qui meretur accipere, quia nescitis in quem Christus dignetur advenire. Scitote quia quod pauperi vel peregrino in terra largimini, sedenti in caelo datis, qui dixit: *Qui vos recipit, me recipit* (Math. x, 40); et, *Quandiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (Math. xxv, 40).

B Inter haec autem omnia quae Dominus exerceri praecipit bonitatis opera, nihil aliud a vobis quaerit nisi salutem animarum vestrarum, et ut timeatis eum semper, et custodiatis mandata ejus (Levit. xxvi, 3). Quod si feceritis, dabit vobis, sicut per sanctum Moysen pollicitus est, pluvias congruenti tempore, et terra vestra gignet germen suum, erit abundantia fructuum, pomorum, vinearumque et segetum, et abundantia omnibus bonis: et dabit vobis pacem per circuitum, et absque terrore eritis: ipseque habitabit inter vos. E contra si non custodieritis praeccepta ejus, venient in vobis plagae ab eodem Moyse praedictae: pestilentia scilicet, fames et gladius; eritque caelum sicut ferrum, et terra quasi aramentum, nec proferet terra germen, et segetes omnes delebuntur; omnisque labor vester in cassum consumetur. Insuper consurgent in vos hostes vestri, et devorabit vos gladius, et erit terra vestra deserta et desolata: et tunc clamabitis praeg angustia, et non exaudiet Dominus: sicut per prophetam minatur dicens: *Locus sum, et non audierunt, et clamabunt, et non exaudiam, dicit Dominus* (Zach. vii, 13). Et iterum propheta clamat: *Non est abbreviata manus Domini, ut non possit salvare, aut exaudire, set iniquitates vestrae dividerunt inter vos et Deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis ne exaudiat* (Isa. lix, 1). Ut ista vero vobis non contingant, custodite quae praeccepta sunt, implete Dei mandata, ut vivatis et bene sit vobis, nihilque calamitatis vobis eveniat: ipse enim per prophetam consolatur, dicens: *Si fuerint, inquit, poenitentiam pro iniquitatibus suis, et ego poenitentiam agam super malum quod locutus sum ut facerem eis, et non faciam, dicit Dominus* (Jerem. xvii, 8). Haec ergo, fratres, semper in mente tenete, haec verba filii et vicini vestri narrate, haec rememoramini dum sedetis in domos vestras, et dum ambulatis, nec obliviscamini ea cum bene fuerit vobis, sed Deum semper timeate,

et ipsi soli servite, ne irascatur contra vos furor ejus. Scitote quia ipse custodit pactum et misericordiam diligentibus se et custodientibus præcepta sua, omnesque ab eis tollet languores. Considerate quia, sicut beatus Joannes apostolus prænuntiat, *Novissima hora est (I Joan. ii, 18)*: ideoque nolite jam mundum diligere, quia cito transit, et omnis concupiscentia ejus cum eo: vos autem facite voluntatem Dei, ut maneatis in æternum, et habeatis fiduciam cum apparuerit, nec confundamini in adventu ejus. Nemo vos seducat; qui facit justitiam justus est, et qui facit peccatum ex diabolo est. Et utique omne peccatum sive furtum, sive adulterium, sive mendacium, sine dæmonis operatione non fit. Considerate, quæso, quam perniciosum est opera diaboli exercere, ejusque participem fieri, non in requie, sed in pæna gehennæ. Idcirco quotiescunque peccatis, nolite expectare mortifera securitate, ut vulnera ipsa putrescant, nec alia insuper augeatis, sed continuo per poenitentiae confessionem remedium vobis adhibere festinate. In magnis etiam operibus vos jugiter dilatare contendite, ita ut qui fuit hactenus superbus, jam sit humilis; qui erat adulter, sit castus; qui solebat furari, aut res alienas tollere, incipiat jam res proprias ecclesiis et pauperibus erogare; qui fuit invidus, sit benignus; qui erat ebriosus, sit sobrius; qui fuit iracundus, sit patiens; qui fecit alteri injuriam, cito veniam petat; cui injuria facta est, sine mora dimittat, ut et illi dimittatur; aut quare non dimittat fratri parum, ut illi Deus dignetur dimittere totum? Nam et hoc eleemosynæ genus est, ut dimittat aliquis ex toto corde ei a quo læsus exstiterit. Quod si aliquis ita sit pauper, ut nullam rem habeat unde eleemosynam corporalem faciat, quia non potest fieri ut ab aliquibus non patiatur injuriam, si ex toto corde omnibus in se peccantibus indulgeat, et contra nullum hominem odium in corde teneat, atque omnes sicut semetipsum diligat, hoc ei procul dubio pro maxima eleemosyna reputabitur. Ut autem peccantibus in nos liberius dimittamus, hortatur Dominus in Evangelio, dicens: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester cælestis peccata vestra: si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra (Matth. vi, 14)*.

Nemo ergo se circumveniat, nemo se seducat, quia qui unum hominem in hoc mundo in odium tenet, quidquid Deo in operibus bonis obtulerit, totum perdet, quia non mentitur Apostolus terribiliter clamans: *Qui fratrem suum odit, homicida est (I Joan. iii, 15), et mendax est, et in tenebris ambulat (I Joan. ii, 11)*. Hoc loco fratrem omnem hominem oportet intelligi, quia omnes in Christo fratres sumus. Ergo, fratres, idcirco vos ad inimicorum dilectionem commoneo, quia ad sananda peccatorum vulnera nullum fortius medicamentum esse cognosco. Licet grandis sit labor inimicos diligere in hoc sæculo, sed ut magnum erit præmium in futuro. Qui hic dilexerit inimicos, erit Dei amicus; nec solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse hoc quod

supra jam præmisimus pollicetur, dicens: *Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: et orate pro calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est (Matth. v, 44; Luc. vi, 27)*. Qui ergo diligit, possidebit requiem; Qui non diligit, sicut apostolus dicit, *manebit in morte (I Joan. iii, 14)*. Cum hæc ita sint, charissimi, dilectionem veram, non falsam invicem habetote, actus vestros ad Deum semper dirigite, et quidquid potestis, pro amore vitæ æternæ laborate: currite dum lucem habetis, priusquam tenebræ vos comprehendant. Cum laboratis pro carne, laborate et pro anima: si curritis pro carne quam post modicum tempus vermes devoraturi sunt in sepulcro, plus currite pro anima, ut ornata bonis operibus sine fine lætetur in coelo.

Ante omnia, quando jejunatis, quod prandere debetis pauperibus erogate; et sicut Dominus in Evangelio docet: *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes, ut videamini ab hominibus, sed illi soli qui videt in absconso (Matth. vi, 16)*. Et iterum monet: *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis (Matth. vi, 4)*. Plus ergo semper de cibo cordis quam de cibo corporis cogitate, et dum in mundo versamini, æternam vitam bene vivendo vobis emite. Lectiones divinas et in ecclesia libenter audite, et quæ auditis jugiter in domibus vestris recolite, ut quomodo corpus pascitur cibo, sic reficiatur anima Dei verbo: certum est enim quia qualis est caro quæ post multos dies perceperit cibum, talis est et anima quæ raro pascitur Dei verbo. Ergo, charissimi, sive ambulatis, sive sedetis, sive operamini, vel omnia quæcunque agitis, semper quod ex divina lectione auditis ad mentem reducite, semperque evangelicæ præcepta in corde ruminare.

Ante omnia luxuriam fugite, concupiscentiam malam vitate, timentes illud quod Dominus in Evangelio dicit: *Omnia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam in corde suo (Matth. v, 28)*. Uxores legitimas absque ulla simulatione diligite, sicut Apostolus præcepit, dicens: *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam (Ephes. v, 25)*. Et secundum eundem apostolum: *Mulieres viris suis subjectæ sint, et timeant sicut Deum (Ibid. v, 22)*. Nec quisquam vir legitimam uxorem ex quacunque occasione dimittere præsumat, quia secundum sententiam Domini: *Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mæchari (Matth. v, 32)*. Concupinas etiam sive ante nuptias sive post nuptias habere prohibemus, quia omnino illicitum est: nam qui uxorem legitimam ducere cogitat, dignum est ut virginitatem usque ad nuptias custodiat, et post nuptias, nullam alteram præter unam legitimam conjugem cognoscat, sicut et apostolus Paulus præcepit (*Hebr. xiii, 4*), ut ipse fidem servet, sicut et illam sibi servare vult; nec peccet cum alia, sicut nec suam vult cum alieno viro peccare, timens illud quod idem apostolus terribiliter proclamavit, dicens: *Fornicatores et adulteros judicabit Deus (Ibid.)*. Quidquid enim de jure connubii mulieribus non licet, nec viris omnino licet: nam qui

ante legitimas nuptias habere concubinam præsumit, **A** pejus peccat quam qui adulterium committit; et ob hoc dignus est a Christianorum consortio separari: qui si non penituerit, æterna illum flamma sine remedio cruciabit. Quapropter, Christiane, fuge fornicationem, erubescere jam sub oculis Dei et angelorum peccare. Capitalia crimina omni nisu detestare, quæ sunt sacrilegium, homicidium, adulterium, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, invidia, avaritia, iracundia, et ebrietas; hæc sunt enim crimina quæ mergunt homines in supplicium æternum: ex quibus quicumque in se vel unum habere cognoscit, si penitentiam non egerit, sine ullo remedio in gehenna ignis ardebit. Et ideo, anima Christiana, vigila, ora, cave semper prædicta crimina, et quidquid boni prævales, age pro vita æterna. Aperi pauperibus manum tuam, ut Christus tibi aperiat januam suam, et intres in gaudia paradisi: noli ipse te tradere in perditionem, quia Christus pro te effudit sanguinem, satis te charum habuit quem tam caro pretio comparavit. Terreat te gehennæ metus, quo vel sic possis abstinere a pravis operibus. Omni hora mortem adesse spera, et futura Dei judicia super te jugiter formida, ut tibi quod scriptum est possit aptari: *Beatus homo qui semper est pavidus* (Prov. xxviii, 14). Quod male fecisti, dum potes emenda, dum est licentia penitentiae; veniam non desperes si ad meliora converteris, quia desperatio peior est omni peccato; nullatenus ergo de Dei misericordia desperes, nec post centum peccata, nec post mille crimina, quia nulla est tam gravis culpa, quæ penitendo non habeat veniam. Quamvis ergo quisque te irritet, quamvis conviciet, quamvis injuriam tibi faciat, tu tace, patiens esto, nec rependas contumeliam, et melius tacendo vinces injuriam: eum maledicatur tibi, benedic tu, et magnam habebis gratiam, si non lædas a quo læsus es. Nullum despicias, non egenum, non servum, quia forsitan melior est apud Deum quam tu; et quia Omnes, secundum apostolum, unum sumus in Christo Jesu (Gal. iii, 28). Et, *Quia non est personarum acceptor Deus* (Act. x, 34); sed, sicut scriptum est, *Unusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc accipiet a Domino, sive servus, sive liber* (Ephes. vi, 8). Non detrahas fratri tuo, nec facias calumniam proximo tuo, neque per violentiam opprimas eum, sed sicut per **B** Moysen dicitur: *Si paupertate compulsus vendiderit*

se tibi frater tuus, non affligas eum per potentiam more servorum, sed cum timore Dei age circa illum. Memento quoniam et tu servus es. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ut non habeas super illo peccatum (Levit. xxv, 39; xix, 17). Hinc et Dominus in Evangelio dicit: *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum* (Matth. xviii, 15). Et rursus: *Si septies, inquit, in die peccaverit, et septies penituerit, dimitte illi* (Luc. xii, 4). Et iterum: *Si offers, inquit, munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare; et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum* (Matth. v, 25)

B Hæc te, Christiane, præcepta revocent ad concordiam, hæc dulcia Christi medicamenta curent odii vulnera, quæ si contempseris, terribilem in te sententiam retorques, qua dicitur: *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Vel qui dixerit fratri suo: Raca aut Fatue, reus erit gehennæ ignis* (Ibid. v, 22). Ecce audisti, Christiane, quid timeas, quid observes: habeto igitur charitatem, tene patientiam, fuge discordiam, impone frenos linguæ tuæ, ne trahat ad gehennam animam tuam; quia, secundum Scripturam, *Mors et vita in manibus linguæ consistit* (Prov. xviii, 21). Et, *Vir linguosus non dirigitur super terram* (Psal. cxxxix, 42). Hæc sollicita consideratione pensantes, charissimi, verba simul moresque componite; sectamini semper justitiam, amate Christi præcepta. **C** *Derelinquat impius viam suam, et revertatur ad Dominum* (sicut propheta clamat) *et miserabitur ejus; quia pius est ad ignoscendum* (Isa. lv, 7). Ipse enim admonet dicens: *Convertimini ad me, et sanabo adversiones vestras* (Jerem. iii, 22). Et rursus: *Quærite bonum, et non malum, ut vivatis; et erit Dominus exercituum vobiscum* (Amos v, 14). Et iterum: *Odite malum, et diligite bonum, ut miserentur Dominus vestri* (Ibid. 15). Ecce hoc ipse Dominus per prophetam clamat, et si ire audire contempnit, saltem vel ipsum audite. Ipse etiam in Evangelio peccatores consolatur dicens: *Non veni vocare justos sed peccatores in penitentia* (Luc. v, 32). Ipse iterum monet dicens: *Quærite primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* (Matth. vi, 33). Et iterum: *Petite, et dabitur vobis; quærite et invenietis; pulsate, et aperietur vobis* (Luc. xi, 9). **D** Modo enim pro ineffabili pietate sua Dominus non solum

^a *Pejus peccat.* Hunc in locum sic scripsit Acheron: « His consona docet S. Augustinus serm. 243, de Temp., sub medium, acerrime eos confutans qui perperam sibi persuaserant concubinam frui licere: « Pro qua re, inquit, iterum atque iterum clamo, quia qui ante legitimas nuptias concubinam sibi assumere præsumit, pejus peccatum facit, quam qui adulterium committit: quia qui adulterat, adhuc tam grande malum secreta vult agere, in publico autem aut metuit, aut erubescit committere: ille vero qui publice concubinam habere voluerit, fronte impudentissima rem execrabilem toto populo vidente licenter se putat admittere. » Audin, causam cur pejus peccatum committat qui concubine adhaeret palam, quam qui adulterium secreto ac

trepide patrat, nempe erronea opinione, ac pravo alios exemplo in fornicationem inducens. Unde egregius doctor ibidem paulo ante dixerat: « Ideo a multis viris sine ullo timore Domini committuntur (fornicationes), quia ita a pluribus in consuetudinem missa sunt, et ita vilia vel levia, ut nec jam inter gravia crimina putentur. » Et post multa: « sed quod pejus est, faciunt hoc multi viri jure fori, non jure cæli, non justitia jubente, sed libidine dominante. » Hæc proinde Eligius vel Augustinus haudquaquam adulterium simplici fornicatione levius censuerunt, aicut Augustinus ipse toties alibi docuit: quod quidem in confesso est apud omnes. »

admonet, sed et rogat ut convertamur ad eum : audiamus ergo eum dum rogat, ne si non facimus, non audiat nos cum iudicabit; audiamus et Scripturam clamantem : *Fili, miserere anime tuæ placens Deo* (Eccli. xxx, 24). Quid ad hæc respondes, humana fragilitas? Deus rogat ut tui miseraris, et non vis; quomodo te audiet in die necessitatis supplicantem, cum tu eum pro tripson non audis rogantem? Si modo hæc neglexeritis, fratres, quid facietis in die iudicii, vel ad cuius confugietis auxilium? Si, inquam, neglexeritis modo talia Dei exhortamenta, non effugietis tunc inferni tormenta, nec poterit vos aurum et argentum liberare, neque divitiæ, quæ nunc in angulis absconditis, et ex quibus arrogantes effecti salutem vestram a obligati estis : hinc namque Dominus dicit per prophetam : *Visitabo super vos mala, et quiescere faciam superbiam impiorum, et arrogantiam fortium humiliabo* (Isa. xiii, 11). Et rursus admonet dicens : *Redite, prævaricatores, ad cor* (Isa. xlvii, 8); *quiescite ayere perverse, discite benefacere; succurrite oppresso, defendite pauperem, et viduam, et pupillum, et advenam nolite calumniari* (Isa. i, 16, 17). Hæc ergo, fratres, in mente retinete, hæc magnopere custodire festinate; pugnate ut, separati a diabolo, jungamini Deo qui vos redemit : stupeant gentes de vestra conversatione, et si detrahant vobis, etiam et irrideant Christianitatis vos opera sectari, ne conturbemini ex hoc : reddent enim rationem Deo. Totam ergo spem vestram in Christi misericordia ponite, et non solum ab actu impudico, sed etiam cogitationibus sordidis vestras animas custodite, quia Dominus Deus justus iudex, et de cogitationibus malis iudicat.

Et hoc moneo, fratres, ut superbiam penitus depomatis, per quam diabolus de cælo corruit; quia, sicut apostolus testatur, *Deus superbis resistit, et humilibus dat gratiam* (I Petr. v, 5). Unde et Dominus in Evangelio dicit : *Omnis enim qui se exaltat humiliabitur; et qui se humiliat exaltabitur* (Luc. xiv, 11). Et iterum : *Nisi conversi fueritis, atque efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum* (Matth. xviii, 14). Jurandi etiam consuetudinem funditus omittite, quia in hac parte Dei præceptis contrahitis, Domino in Evangelio prohibente : *Dico, inquit, vobis non jurare omnino, neque per cælum, neque per terram, neque per caput, neque per aliud quodcumque : sit autem sermo vester Est est, Non non* (Matth. v, 34-37). Injuriantibus quoque vos Domini præcepta præferre, quibus dicitur : *Dico vobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in dextra maxilla tua, præbe illi et alteram. Et qui vult tunicam tuam tollere, remittas ei et palium* (Ibid. v, 39, 40). Et iterum : *Qui petit a te, da ei; et qui tollit quæ tua sunt, ne repetas* (Ibid. v, 42). Orandi utique rationem illam necesse est teneatis, quam Dominus præcepit, dicens : *Cum oratis non multiloquio, sed in secreto cordis orate; et Pater vester, qui videt in abscondito, reddet vobis. Scit, inquit, Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum*

(Matth. vi, 6). Hæc ergo, charissimi, verba recolite, hæc jugiter præcepta reminiscamini; ubique estis, memoriam Christi in colloquio miscete, quia ipse dicit : *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* (Matth. xviii, 20). Scandala etiam fugite, quia Dominus graviter notat eum qui lites concitat, dicendo : *Vos homini illi per quov scandalum venit* (Ibid. v, 7). In compassionem vero proximi illam sententiam tenete, qua in Evangelio dicitur : *Qui habet duas tunicas det non habenti; et qui habet escas, similiter faciat* (Luc. iii, 11). Et illud : *Date et dabitur vobis* (Luc. vi, 38). Dominicus semper memoretote verbis quibus dicitur : *Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque petieritis fiet vobis* (Joan. xiv, 7). Apostolum quoque clamantem audite : *Tempus breve est, reliquum est ut qui habent ucores tanquam non habentes sint; et qui flet, tanquam non flentes; et qui gaudent, tanquam non gaudentes; et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur : præterit enim figura hujus mundi* (I Cor. vii, 29-31). Ut autem plus concupiscamus cælestia quam terrena, Deum audiamus dicentem : *Nihil enim predest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat* (Luc. ix, 25). Ut vero charitatem diligamus evangelista Joannes hortatur, dicens : *Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis est* (I Joan. iv). Et iterum : *Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo* (Ibid.). Necnon et Paulus excellentiam charitatis simili modo præfert, dicens : *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeat* (I Cor. xiii, 1-3). Hinc iterum monet, dicens : *Omnia vestra in charitate fiant* (I Cor. xvi, 14). Et iterum : *Alter alterius onera portate, et sic cõmplebitis legem Christi* (Galat. vi, 2). Ipse etiam pravos quosque ad tramitem perfectionis blande coercens dicit : *Qui furabatur, jam non furetur* (Ephes. iv, 28). Et illud : *Fugite fornicationem, quia omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat* (I Cor. vi, 18). Et iterum : *Neque avari, neque fornicarii, neque adulteri, neque furæ, neque abriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt* (Ibid., 9, 10). Item Apostolus cupiditatem coercens, dixit : *Radix omnium malorum est cupiditas* (I Tim. vi, 10). Ergo, fratres, abjicite cupiditatem, sectamini charitatem, deponite impietatem, supportate invicem cum humilitate, illud omnimodis præcaventos, quod Apostolus ad Romanos scribens infert : *Revelabitur, inquit, ira Dei de cælo super omnem impietatem et injustitiam hominum* (Rom, i, 18). Necnon et illud quod voce Veritatis in Evangelio comminatur; qui faciunt, inquit, iniquitatem, mittentur in caminum ignis, ubi erit fletus et stridor dentium. Considerate igitur quam sævus quamque timendus sit ignis ille, et qui modo nec unius quidem digitum suum suffert in ignem mittere, timeat ibi cum toto

* Oblivati. Profecto legendum oblitit, ut conjecit Acherius.

corpore in sæcula cruciari. Rogo ergo, ut si vultis ab illo igne, vel ab illa pœna liberari, desistatis jam amplius peccare. Dominum per prophetam attendite clamantem : *Revertimini recedentes ab iniquitatibus vestris, et sanabo vos (Ezech. xviii).* Et iterum : *Nolo, inquit, mortem impii, sed ut revertatur et vivat (Ezech. xxxiii, 11).* Et per Isaiam clamat, dicens : *Quando conversus ingemueris, tunc salvus eris (Isa. xlv).* Et iterum : *Revertimini a me, dicit Dominus, et salvus eris (Ibid.).* Per Joel quoque similiter commonet, dicens : *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, et lacrymis, et planctu (Joel ii, 12).*

Ecce quot testimonia ad conversionem vestram ex divinis oraculis prolata sunt. Vigilare ergo solliciti, quia quanto proximum finem mundi diabolus conspiciat, tanto crudelius contra Christianos sævit, ut quia se cito damnandum cognoscit, plus sibi socios in pœnam multiplicet, cum quibus utique sine fine crucietur. Cavete ergo attentius, et jugiter cum Dei timore conversamini, scientes quia unusquisque vestrum angelum Dei habet qui observet jugiter quæ egerit, et si quidem bene agit, gaudium sancto angelo sibi adhærenti gignit; si vero mala opera exercet, angelum sanctum a se repellit, et malignum dæmonem sibi conjungit. Quapropter, charissimi, hæc me loquente, introrsus ad vos redite, conscientias vestras discutite, si dignas mentes angelici consortii geritis prævidete, et si vos bonos ac dignos Deo conspiciatis, de meritis vestris nunquam superbe præsumatis, sed magis de cætero cum humilitate cavete. Si vero peccatis vos obnoxios cernitis, nullatenus desperate, tantum facite in corde pactum cum Deo, ut jam amplius non peccetis; sed fiducia- liter veniam sperate, quia Dominus sinum pietatis sue assidue patefacit, et omnes ad se recipere per penitentiam quærit: nam et si adulter quis, aut meretrix, aut fur, aut ebriosus, aut mendax, vel etiam filiorum necator fuerit, tantum de cætero pœnitens caveat, et indulgebit illi Altissimus. Publicanum de Evangelio, et latronem, necnon et meretricem, sed et Paulam sumite ad exemplum, qui de semetipso dicit: *Prius fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate (I Tim. i, 13).* Et vos ergo si quid forte ignoranter admisistis, reparate vos, quæso, dum licet, per penitentiam; confitemini Domino in totis præcordiis vestris, quoniam bonus est; doleat vos non egisse quod bonum est: et qui pœnitet, ita pœniteat ut ulterius jam lugenda non committat; et qui pauperiores estis in sæculo, nolite ob hoc contristari, quia si bene agitis, ditiores eritis in cælo.

Denique cavete ne quis turpem sermonem ex ore proferat, et secundum Apostolum, *Fabulis variis, et doctrinis nolite seduci (Heb. xiii, 9): sed corripite inquietos, consolamini pusillanimis, patientes estote ad omnes (I Thess. v, 14)*; et omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, timentes illud quod scriptum est: *Pervertunt mores bonos, colloquia mala (I Cor.*

xv, 33). Crapulam etiam et ebrietatem perhorrescite, quia Dominus hæc per semetipsum redarguit: dicens: *Cavete ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate (Luc. xxi, 34)*; et Apostolus prohibet dicens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria (Eph. s. v, 18).* Procul dubio enim qui plus manducat aut bibit quam expedit, et peccatum incurrit, et servare saturitatem non valet; quia cum venter aut venæ nimia fuerint satietate repletæ, illico necesse est ut libido in membris ejus generetur. Unde et alias scriptum est: *Vinum potatum multum, amaritudo est animæ et ruina, multiplicans imprudenti offensionem, minuens virtutem, et faciens vulnera (Eccli. xxxi, 38-40).* Et hoc quidem dico non creaturam Dei malam asseram, aut judicem esse damnandam, sed ut vos sobriores cautioresque reddam; imo et admoneo, ut nullam Dei creaturam dicatis malam, quia Deus cuncta valde bona creavit (*Gen. i, 31*). Nam quæcumque nobis mala esse videntur, aut nocent, nostro vitio, non sua natura nobis mala existunt: ideoque, fratres, solum diabolus, qui superbiendo factus est malus, detestantes, tantorum bonorum Creatorem Dominum glorificate.

Cavete semper viam latam, quæ ducit ad interitum; apprehendite angustam, per quam reperietur æterna beatitudo. Pauperes et peregrinos ad convivium vocate, Dominumque de hac re præcipientem attendite: *Cum facis, inquit, prandium, noli vocare divites qui conviventur tecum, sed voca pauperes, debiles, claudos, cæcos; et beatus eris, quia non habent retribuere tibi; retribuetur enim tibi in resurrectione justorum (Luc. xiv, 12).* Nec enim justum est ut in populo Christiano, qui uno pretio redempti sunt, et uni Domino serviunt, alii distentis epulis ventribus et ebrii incedant, alii famis periculo deficiant; prorsus peccatum est, ut vestra superflua a tinea devorentur, et pauperes nec vetustissima quæque accipere mereantur: quare non consideratis quia pari conditione in hoc mundo venistis, unique Domino servi estis; simili etiam exitu de mundo migrabitis; et si bene agitis, ad unam beatitudinem venietis? Aut quare pauper vobiscum non accipiat cibum, qui vobiscum accepturus est consortium angelorum? Quare non accipiat vel veterem tunicam, qui pariter accepturus est immortalitatis stolam? Hæc, fratres, D considerantes ita pauperum curam gerite, ut uberrimam pro his retributionem in cælis capiat. Mendacium semper fugite, quia non minimum crimen est, Scriptura dicente: *Os quod mentitur, occidit animam (Prov. xix, 5); et testis falsus non erit impunius (Sap. i, 11).* Et David ad Dominum: *Perdes, inquit, omnes qui loquuntur mendacium (Psalm. v, 7).* Unde et Apostolus: *Deponentes, ait, mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum fratre suo (Eph. iv, 25).* In hac ergo vita positi ita agite, ut cum hinc migraveritis, et caro vestra a vermibus exuperit devorari in sepulcro, anima ornata bonis operibus cum sanctis omnibus lætetur in cælo. Retrahat vos a malis operibus vel peccatorum interitus; eorum quos jam præmisistis attendite calamitates; considerate divitum

sepulcra; vel eorum qui ante parvo tempore vobiscum erant, quid fuerunt, et quid sunt, vel quid eis divitiarum et cupiditas sæculi profuit: ecce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt, quia si loqui possent, hæc vobis procul dubio dicerent: Ut quid infelices tantum pro sæculi cupiditate discurritis? ut quid vos vitiis et criminibus repletis? considerate ossa nostra, et vel sic vobis horreat cupiditas vel miseria vestra; quod vos estis, nos fuimus; quod nos sumus, vos eritis. Iam omnia, fratres, sollicita consideratione pensate, et hæc considerantes expavescite; diem mortis ante oculos semper ponite; ad emendationem quantum potestis festinate; nolite negligere quod pius vos Dominus peccantes sustinet, quia quanto diutius expectat ut emendetis, tanto gravius vindicabit si neglexeritis. Si forte putatis quod finis mundi tardius veniat, vel suum unusquisque consideret finem; ecce dum libenter ac jucundissime moratur homo in mundo, multa que in longo tempore disponit agenda, repente rapitur in mortem, et ex improviso auferitur a corpore; sed ille beatus est qui antea semper horam illam habuerit ante oculos, et festinaverit in illa hora mortis paratus inveniri, ut possit tanti metus terrorem evadere.

Quod si vultis scire cum magno metu, charissimi, magnisque doloribus separatur anima a corpore, veniunt enim angeli eam assumere, ut perducant illam ante tribunal metuendi iudicis, et tunc illa memorans opera sua mala quæ die noctuque gessit, contremiscit, et querit ea fugere, induciasque petere, dicens: Date mihi vel unius horæ spatium. Tunc quasi simul loquentia, omnia ejus opera dicunt: Tu nos egisti, tua opera sumus, nec te deseremus, sed tecum semper erimus, tecumque pergemus ad iudicium. Hæc quidem peccatoris anima agit, quæ cum horrendo timore separatur a corpore, et pergit plena peccatis, et ingenti confusione depressa. Iusti vero anima cum separatur a corpore, non timet, nec expavescit; sed magis cum gaudio egreditur, et cum exultatione pergit ad Deum, deducentibus se Angelis sanctis. Illam ergo horam modo, fratres, timete, ne tunc timeatis illam; nunc præcavete, ut securi tunc esse possitis. Mementote jugiter quia in medio laqueorum diaboli ambulatis, et ideo semper parati estote, ut quando Domini præceptum missum fuerit, liberi ab omni labe peccati ad requiem transire possitis. Nec arbitramini vos diu in hoc mundo mansuros; quia nimirum proveniet, ut non concedatur post dominicum præceptum missum, nec unius horæ momento in hac vita consistere. Cavete igitur ne de exitu vestro tristitiam faciatis angelis, et gaudium inimicis: scitote vero quia anima cum corpore evellitur, statim aut in paradiso pro bonis meritis collocatur, aut certe pro peccatis in inferno continuo præcipitatur. Quapropter eligite modo quod vultis, et hoc jam in vita vestra hic disponite, ut perpetua-liter gaudere cum sanctis, aut sine fine cruciari cum impiis. Itaque vel pœnæ vos terreant, si præmia non invitant, et præsentem mundum si despiciere non vultis, vel cum iustitia possidete. Qui in juventute

A erravit, saltem jam vel in senectute respiscat, et mala quæ peccando commisit, pœnitendo jam expurget. Ecce paulatim desceit mundus cuncta quæque videntur, velociter tanquam nebula, aut tanquam vespertina umbra transeunt. Ecce quod olim pronuntiabatur, præsentem tempore perspicue cornitur: subtrahuntur omnia bona, et crescunt quotidie mala: nolite ergo, fratres, mundum jam diligere, quem sic ad finem conspiciatis declinare; præsertim cum apostolus clamet, quod amicitia hujus mundi inimica sit Dei (*Jacob. iv, 4*). Vitam igitur æternam ex omnibus præcordiis vestris amate, quam nunquam in sæcula fuistis; illic festinate, ubi semper vivatis, et ubi jam mori nunquam timeatis. Si enim sic amatis istam miseram fluidamque vitam, ubi cum tanto labore vivitis, et ubi vix currendo, satagendo, sudando, suspirando, necessariis corporis satisfactis; quanto magis amare debetis æternam vitam, ubi nullum unquam laborem sustinebitis, ubi summa semper est securitas, secunda felicitas, felix libertas, libera beatitas; ubi implebitur illud quod Dominus in Evangelio dicit: *Erunt homines similes angelis (Math. xxii)*. Similes utique non substantia, sed beatitudine. Et illud: *Tunc justis fulgebunt sicut sol in regno Patrum eorum (Math. xiii, 43)*. Qualis putas erit tunc splendor animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum? Ibi jam non erit ulla tristitia, nullus labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, sed perpetua semper sanitas perseverabit; nulla ibi consurgent malitia, nulla carnis miseria, nulla ægritudo, nulla omnino necessitas; non erit ibi fames, non sitis, non frigus, non æstus, non lassitudo jejunii, nec ulla tentatio inimici; nec jam peccandi voluntas, nec ulla delinquendi possibilitas, sed totum lætitia, totum exultatio possidebit, hominesque angelis sociati sine ulla carnis infirmitate vernabunt. Ibi ergo erit lætitia certa, ibi requies secunda, ibi pax vera, ibi jocunditas infinita; ubi si locus obtinendi ullus fuerit, amittendi in sæcula nullus erit: in qua beatitudine quod semel adipiscitur, semper tenetur. Nihil loco illo magnificentius, nihil gloriosius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil verius, nihil munificentius, nihil in bonitate sincerius, nihil illa abundantia copiosius. Ibi semper pax et summa solemnitas; ibi vera et certa felicitas est, ibi jam non formidabitur ferocissimus hostis qui cupit jugiter animas jugulare, nec timebuntur ultra ignita diaboli jacula, neque ulla inimici tentamenta. Non incutiet terrorem barbarorum immanitas, nec ulla ulterius timebitur adversitas; non ibi formidabitur ferrum, non ignis, nec facies omnino truculenta tortoris; nemo in loco illo glorioso indiget vestimento; quia non est illic frigus, nec æstus, nec ulla aeris inæqualitas, nullus ibi esurit, nullus tristatur, nullus est peregrinus, sed omnes qui ibidem attingere meruerint, securi ut in propria patria vivant. Non ultra jam adversabitur caro spiritui, nec ullum timebitur periculum, sed inenarrabilia cum angelis ac sempiterna a Christo præmia tribuentur, et *Quod oculis non vidit, sicut dicit Apostolus, nec auribus audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus*

diligentibus se (1 Cor. II, 9). Ecce qualem beatitudinem perditurus erit qui modo se, dum licet, emendare noluerit: idcirco nos, fratres, Domino auxiliante, dedignemur ultra servire peccato, quibus tanta beatitudo præparatur in cælo. Dum ergo tempus est, festinemus propitium nobis Deum facere; despiciamus quæ terrena sunt, ut adipiscamur cælestia, cogitemus nos peregrinos esse in hæc sæculo, ut liberius festinemus ad cælum: velociter enim transeunt, et cito tanquam umbra prætereunt cuncta quæ hic videntur.

Perpendamus quales erimus in die iudicii Dei conspectibus et angelorum præsentandi, quando opera nostra erunt nobis ante oculos ponenda; qualis illa erit confusio, cui contigerit pro peccatis suis in conspectu Dei omniumque hominum et angelorum erubescere, qui hic nec unum quidem hominem in se peccantem vult inspicere; vel quis pavor erit Deum tam iratum videre, quem placatum non valet universitas comprehendere. Illud ergo diem semper timeamus, quem modo prævidere nullatenus possumus; illum diem jugiter pavescamus, et vel sic actus nostros a malo revocemus. Consideremus quis terror in die illo erit, cum de cælis Dominus ad iudicandum sæculum venerit: quis metus erit Deum videre, ad cuius adventum universa elementa quæbentur, ac cælum cum terra contremiscet virtutesque cælorum commovebuntur. Tunc nimirum, præcipientibus angelorum tubis, omnes gentes quæcumque sub cælo fuerunt, et omnis homo tam viri quam femina, in eo sexu unusquisque quo natus fuit in mundo, boni simul et mali, sancti et peccatores, vel quicumque ab initio mundi nati et mortui fuerunt, sive a bestiis devorati, sive ab igne consumpti, sive etiam ab aquis absorpti, omnes simul in momento temporis atque in ictu oculi resurgent, in ipsis sine dubio corporibus, atque in ipsa carne quam hic habuerunt, scilicet in virgum perfectum, et in mensuram staturæ plenitudinis Christi in qua et ipse Dominus resurrexit a mortuis; et omnes ante iudicium Christi venient, pariterque eum et electi et reprobi suis oculis videbunt, sicut et ipse Dominus in Evangelio dicit: *Tunc videbunt filium hominis re-vertentem in nubibus cæli cum virtute multa et majestate, constipatum agminibus angelorum; et congregabuntur ante eum omnes gentes, et plangent se omnes tribus terrarum, et separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab hædis; et statuet iustos quidem a dextris suis, impios autem a sinistris. Tunc dicet ad eos qui a dextris erunt: Venite, benedicti, posside e paratum vobis regnum a constitutione mundi; esurivi enim et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et operuistis me; infirmus, et in carcere, et visitatis me. Hæc quando iudicatis uni ex minimis meis, mihi fecistis (Matth. xxv).* Tunc omnibus aspicientibus ostendet livores fœxuræque clavorem, in ipso sine dubio corpore quod pro nostris peccatis vulneratum est, et ita peccatores compellens dicet: Ego te, homo, de limo terræ manibus meis formavi, et intra paradisi delicias, quod non

A merebaris, collocavi; sed tu me meaque jussa contemnens, deceptorem sequi maluisti, unde et justa pœna damnatus, inferni suppliciis es deputatus; postea misertus tui carnem assumpsi, in terris inter peccatores habitavi, contumelias et verbera pro te sustinui; et te eriperem, colaphos et sputa suscepi; ut tibi dulcedinem paradisi redderem, acetum cum felle bibi; propter te vepribus coronatus, cruci affixus, lancea vulneratus sum; propter te mortuus, et in sepulcro positus, ad inferna descendi; ut te ad paradysum reducerem, tartari claustra adii; ut tu in cælo regnares, inferni profunda penetravi. Agnosce ergo quæ pro te, o impietas humana! pertuli; ecce livores quos pro te excepi, ecce clavorem foramina quibus affluxus in cruce pependi; suscepi dolores tuos, ut te possem sanare; suscepisti pœnam, ut darem tibi gloriam; suscepisti mortem, ut tu viveres sine fine; conditus jacui in sepulcro, ut tu regnares in cælo: hæc omnia pro vobis sustinui, ampliora tiorum quid vobis debui facere, et non feci? Dicitis nunc vel ostendite mihi quid passi estis propter me, aut quid boni egistis pro vobis: ego cum essem invisibilis, sponte propter vos incarnatus sum; cum essem impassibilis, propter vos pati dignatus sum; cum essem dives, propter vos quidem egenus factus sum; sed vos et humilitatem meam, et præcepta mea semper re-nuentes, seductorem magis quam me secuti estis: ecce modo non potest aliud iustitia mea iudicare, nisi quod merentur opera vestra recipere: ergo quod ipsi elegistis, tenete; contempsistis lucem, possidete tenebras; amastis mortem, ite in perditionem; secuti estis diabolum, ite cum ipso in æternum ignem. Quis putas erit tunc morror, quis luctus, quæ tristitia, quæ angustia, cum hæc fuerit prolata adversum impios sententia. Tunc enim erit malis dura separatio a dulci sanctorum consortio, et traditi in potestate dæmonum ibunt in ipsis corporibus suis cum diabolo in supplicium æternum, et permanebunt semper in luctu et gemitu: procul quippe exsiliati a beata paradisi patria, cruciabuntur in gehenna, nunquam lucem visuri, nunquam refrigerium adepturi, nunquam pœnas finituri, nunquam requiem accepturi; sed per millia millium annorum in inferno cruciandi, nec unquam in sæcula liberandi: ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur unquam moritur; sic enim ibi ignis consumit, ut semper reservet, sic tormenta aguntur, ut semper renoventur. Juxta qualitatem vero culpæ, pœnam ibi unusquisque sustinet gehennæ, et similis culpæ rei suis similibus junguntur cruciandi: non ibi auditur aliud nisi fletus et planctus, et stridor dentium; non erit aliud consolamentum quam flammæ et terrores pœnarum, ardebuntque miseri sine fine in ignem æternum semper in sæcula sæculorum. Justi autem ibunt in vitam æternam, in ipsa sine dubio carne quam hic habuerunt, et sociabuntur angelis sanctis in regno Dei, gaudiis deputati perpetuis: nunquam jam morituri, nunquam ultra corruptionem visuri; sed semper lætitia ac dulcedine Christi satiati, fulgebunt sicut sol in claritate et gloria, quam præparavit Deus diligenti-

tibus se; et quanto amplius aliquis obediens Deo in hæc vita fuit, tanto ampliorem illic mercedem accipiet; quantumque amplius hic Deum amavit, tanto tunc proprius eum videbit.

Ecce, charissimi, prædixi vobis simpliciter, ut intelligere possitis quæ sunt unicuique ventura; nemo jam se de ignorantia excusare poterit, quoniam vita et mors vobis prænuntiata sunt; supplicia impiorum et gloria justorum vobis denuntiata sunt; jam vero in arbitrio vestro consistit eligere quod teneatis, unusquisque enim quod hic concupiverit, et assecutus fuerit, hoc utique illic possidebit. Vitam ergo æternam toto nisu concupiscite, nec emendationem vestram diutius differatis, sed ad lucranda cælestia regna ultro ipsi relinquite, quod lucis istius sine perendum est; surgat jam, quæso, quicumque peccati catena asstrictus tenetur, et expergefactus a somno suæ mortis evigilet: recurrat ad confessionem, et agat pœnitentiam; nec erubescat publice pœnitere super immunditiis quas gessit, quia revera multo melius est hic paucò tempore pœnitere quam per tot millia annorum inferni supplicia sustinere. Si ex corde ergo pœnituerit, cito succurret illi Redemptor, qui quatruiduanum suscitavit jam fetidum Lazarum (Joan. xi, 4-44); paratus est semper ille misericordiæ sinus, et clementer exspectat ut suscipiat pœnitentes, non est enim, sicut scriptum tenemus, de quamvis magnis criminibus remittendis Dei unquam misericordia desperanda, quia ipse quotidie clamat per prophetam, dicens: *Quacunque die conversus fuerit homo peccator ab immunditia sua, omnes iniquitates ejus in oblivione erunt coram me* (Ezech. xxxiii, 12). Et rursus per alium prophetam dicit: *Ego sum Dominus Deus vester, qui deleo iniquitates vestras* (Isai. xliv, 25). Et illud de Evangelio: *Caudium erit in celo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta novem justos qui non indigent: pœnitentia* (Luc. xv, 7). Et illud: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur ad me et vivat, dicit Dominus* (Ezech. xxxiii, 11). Considerate, fratres, quam larga est bonitas Dei nostri, quam ineffabilis misericordia ejus: quotidie contemnitur, et quotidie nos ad pœnitentiam benignissima pietate invitat; fiduciam ejus pia largitio nobis præstat, ut nec desperemus de Christi misericordia, nec tamen nobis absque fructu pœnitentiæ veniam concessam præsumamus; Dominus enim quantum patris pietate indulgens temper et misericors est, tanto judicis majestate severus et metuendus; potest quidem reis indulgentiam dare, potest ipse sententiam suam reflectere, potest pœnitendi tempus gratis indulgere, non potest tamen nisi justissime judicare, quoniam non est apud eum commutatio, nec vicissitudinis obumbratio; æquissime enim judicat, atque æqualiter secundum uniuscujusque facta repensat, bona, scilicet, bonis, et mala malis; et ideo, charissimi reminiscimini quæ cogistis, et si vos deliquisse cognoscitis, sine aliqua dilatione ad pœnitentiæ medicamenta confugite. Audite prophetam admonentem: *Nolite, inquit, tardare ad Dominum converti, nec dif-*

feratis de die in diem, quia nescitis quid crastinum sit (Eccli. v, viii). Mementote semper ante conspectum omnipotentis Dei conversam prospicit omnium hominum, non solum fac etiam cogitationes, sicut Apostolus Paulus *Non est ulla creatura invisibilis in conspectu e-*

omnia nuda et aperta sunt oculis ejus (Hebr. i). Hæc jugiter cogitantes, intentissima solli vos custodite, ultimique diei vos adventui cum operibus semper præparate. Ecce jam, ut cœ tenemus, finis mundi in promptu est, jam finis instat, et, quod lugendum est, tanta mala sunt, tantæque tribulationes crebrescunt, ut etiam mundus finem suum quodammodo provideatur. Ecce omnia quæ prophetæ vaticina quæque apostoli prædixerunt, pene jam completi solusque dies sui judicii et horribilis Antichristus adhuc restat. Ecce bellum super bellum, tio super tribulationem, fames super famem, lentia super pestilentiam, et gens super consurgit: omnia quæque dudum sunt pœ nos jam videmus impleta, quare ergo sumus et ferreum possidemus pectus, ut pro remota nostræ inter tot mala minime cogitemus enim est quod vox divina minatur, sed non hominum pertinacia mutatur; cælestis enim tatur olim ultio, et nulla hominum adhibetur factio; Dei proximat ira, et tepide agitur pœtia; venturum prophetæ testantur supplicium ab hominibus Dei imploratur auxilium propter, dilectissimi, moneo ut vel mundo niente, humana finiatur malitia, soliusque I nisu quærat misericordia: non nos jam dionera ad terram præant, quia cito omnia habemus, nec pariter et Christum habere velle sæculum, sed, sæculo spreto, liberi festine cœum.

Reminiscamur quam gravia sunt scelera quæ misimus, quamque dira inferni supplicia quæmus, et juxta qualitatem culpæ medicamentum beamus pœnitentiæ: cogitemus quia, et Apostolum, *Nihil in hunc mundum intulimus* (vi, 7; Job i, 21), nihilque ex eo morientes poterimus. Nudi nati sumus, nati utique in quidquid autem hic inventum est, hic procul relinquatur, opera tantummodo bona si hic et ipsa nobiscum ad cælum portabimus, imo ipsa ad cælum portabunt. Tanquam peregrini sola sufficientia contenti, illas nobis divi acquiramus, quas nobiscum ad patriam pararamus. Deum supra omnia diligamus, quia impium est hunc non diligere, cui vicem non possumus etiam et cum diligimus; qui nos impii pro Domino retribuere poterimus in quibus quæ retribuit nobis? Qui nullis nostris dentibus meritis tanta nobis præstitit indignos a jugo direæ damnationis redimeret, de ternæ majestatis ad nos descendit, injurias impertulit, probra sustinuit, mortem indebite sustulit, quæ quidem omnia patienter tulit, ut nobis I

is et patientiæ exempla monstraret; unde et sequen-
 tibus se discipulis dicit : *Discite a me quia mitis sum
 et humilis corde, et invenietis requiem animabus ve-
 stris (Matth. xi, 29)*. Oportet igitur ut quemadmo-
 dum ille pro nobis, ita et nos cuncta adversa quæ
 nobis propter peccata nostra adveniunt æquanimiter
 toleremus, ut patientiæ fructum in vita æterna ca-
 pere possimus. Urgeamus ergo, fratres, cursum no-
 strum dum tempus habemus; odiamus hunc mundum
 quem diu possidere non possumus, nulla nos jam
 malorum operum contagia polluant; sed divinus nos
 respectus semper a peccatis arceat; si enim homines
 nostri similes peccatores, et ex eodem luto formatos,
 ne nos peccantes inspiciant erubescimus, quanto
 magis æternum, et solum sine peccato omnipotentem
 Dominum revereri ac timere debemus, qui non solum
 facta, sed etiam secreta cordis considerat et videt?
 Hunc ergo quotidie timeamus, hujus reverentiam
 nobiscum semper feramus, sicque spes indulgentiæ
 erigat, ut motus gehennæ semper affligat. Ante om-
 nia et super omnia charitatem habeamus, reminiscen-
 tes Dominicum præceptum, quo dicitur : *Habete
 in vobis sal (Marc. ix, 49)*. Et : *Pacem habete inter
 vos (Ibid.)*. Et illud, inquit, *Mandatum novum do vobis,
 ut vos invicem diligatis (Joan. xiii, 34)*. Nam et ali-
 bi dicitur : *Habete charitatem, quod est vinculum uni-
 tatis (Coloss. iii, 14)*. Et iterum : *Estote imitatores
 Dei tanquam filii charissimi; et ambulate in dilectione
 (Ephe. v, 1)*. Et iterum : *Omnis amaritudo, et ira,
 et indignatio, tollatur a vobis cum omni malitia (Ephes.
 iv, 31)*. Et : *Sol non occidat super iracundiam vestram
 (Ibid., 26)*. Nempe sicut nullum proficit in vulnere
 medicamentum, si sit interius ferrum, ita nihil pro-
 ficat oratio in iis, in quibus pectore mortiferum versa-
 tur odium. Habeamus ergo, fratres, charitatem, quia
 si illam habuerimus, omnibus virtutibus replebimur;
 si vero charitatem non habuerimus, quidquid boni
 habere videmur, totum perdemus. Nec in arrepto
 bene agendi proposito penitus lassescamus, præcipue
 cum Dominus dicat nullum ponentem manum in ara-
 tro et respicientem retrorsum dignum esse regno
 cælorum. Respicere autem retrorsum nihil aliud est
 quam in eo quenquam poenitere quo cœperit bono,
 et rursus mundanis desideriis obligari. Denique a
 spe veniæ nulla nos malorum quantitas revocet, quia
 quamvis sit gravis humana culpa, largior nihilominus
 est misericordia divina; unde per Psalmistam dicitur :
*Multa est apud Dominum misericordia, et copiosa
 apud eum redemptio (Psal. cxxix, 7)*. Et iterum :
*Cor contritum et humiliatum Deus non despicit (Psal.
 l, 149)*. Hæc nos, fratres, diebus ac noctibus me-
 moria refoveat, hæc nos præcepta frequenter solli-
 citent; debitum vite fixam jam jamque affuturam
 patemur, vicinamque speremus mortis diem, quem
 longinquum esse nescimus; modo emendemus quod
 delinquimus, ne tunc poenitere incipiamus quando
 jam non valebimus : erit quidem et in inferno poeni-
 tentia, sed omnino infructuosa; erit ibi poenitentia

A dolorem habens, sed jam medicinam non habens;
 ibique nullatenus poterit a Deo promereri quod petit,
 qui hic noluerit audire quod Deus jussit. Ideoque,
 charissimi, quantum possumus præceptis Dei in
 omnibus obtemperemus, ut ibi præmium muneris
 capiamus; ipsi dum licet hic nos castigemus, ipsi
 nobiscum de actibus nostris rationem faciamus, ipsi
 nos Judici nostro accusemus, atque emendationem
 nostram non ad extremum vitæ differamus, sed quo-
 ties in peccatis labimur, per poenitentiam resurga-
 mus, ac totis viribus^a voluntates pessimas carnisque
 illecebras vincentes, illud omnimodis præcaveamus,
 quoniam quotidie ad mortem properamus, et dum
 nescimus securique consistimus repente mors venit.
 Ibi ergo festinemus, ubi mors jam non timebitur, et
 ubi nos sancti omnes suicipere vel videre desiderant,
 ubi nos Rex cœlestis Christus et superi cives an-
 geli, expansis charitatis brachiis, expectant; ibi,
 inquam, festinemus, ubi siue sine vivamus, et ubi
 angelicis agminibus consortes esse possimus. Ita
 postremo in exilio mundi istius agamus, ut ad futu-
 rum judicium cum securâ conscientia bonis operibus
 ornati veniamus, ibique gratisimum Deo munus
 nostras animas offeramus, ut pro hoc ab eo com-
 mercio æternitatis beatitudinem ac ipere, et in sæ-
 culum sæculi gloriari possimus. Hæc nos, charissimi,
 mandata hactenus quasi lac vobis gustanda porrexi-
 mus, et ecce modo sub te timonio Dei et sanctorum
 angelorum, qui nos loquentes audiunt, absolvimus
 debitum nostrum, cœlestia vobis præcepta tradentes;
 modo jam vestrum est cogitare, quatenus et admo-
 nitio nostra effectum habeat salutis, et vos semper
 voluntatem Dei facientes, ab omni vos malo custo-
 diatis, atque denum liberi ab omni contagione pec-
 cati, ad regna cœlestia tripudiantes pervenire possi-
 tis, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum
 Deo Patre, et Spiritu sancto vivit et regnat per
 cuncta sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XVI.

*Qua pulchre exhortationem terminans, populo
 contestabatur.*

Hæc summam de tanti viri familiaribus monitiis
 lucusque narrasse sufficiat : quæ ille etsi non sub
 unius diei articulo ex ordine ut digesta sunt, percur-
 rebat, diversis tamen temporibus hujusmodi semper
 præcepta populo intimabat. Ad ultimum vero infe-
 rebat dicens : Hæc, fratres, si custoditis, habebitis
 præmium, et si negligitis incurretis supplicium; nam
 ergo quantum ad me attinet absolvo coram Deo con-
 scientiam meam, testesque super hoc invoco cælum
 et terram, quod præbuerim vobis opportunum mini-
 sterium, atque annuntiaverim vitam et mercedem. Cæ-
 terum in presenti vobis innotesco, quod si spreve-
 ritis verba mea, meque contemnentem audire nolue-
 ritis, equidem veniens coram Redemptore meo ac-
 cusabo pertinaciam vestram, et palam faciam vos
 præceptis semper maligni obediisse potius quam

^a Voluntates. An potius voluptates.

Christi; et tunc vere in lignante Judice exactori traditi, supplicioque mancipati, persolvetis sine hinc quadrantem. Hæc igitur sunt verba beati Eligii quæ cum summo studio plebi proferebat ex locupletissimo cordis sui thesauro; sed et alia nihilominus multa his similia quotidie exhortans, evangelizabat populo. O pingue vas quod ita affluenter ministrabat plebi adipem framenti Christi, et lætitiæ olei, ac sobriam ebrietatem vini! O vere gloriosum virum, ineffabilem Dei amatorem, qui velut bonus pastor satagebat strenue vagantes revocare, attritos alligare, errantesque ad paradisi caulas convertere! Cujus bona ac simplex doctrina olet procul dubio prophetis, sapit Apostolis, comitatur evangelistis; cujus denique sermo non aliud apud suos fuit quam de regno Dei, de paradisi deliciis, et de gehennæ suppliciis, de justitia quoque, et fide et charitate, ac mundi illecebras, cunctaque sæculi oblectamenta omnimodis relinquenda, et soli Domino totis viribus serviendum. Proferebat vero illud quod beatus Apostolus ad Corinthios scribens, Intulit: *Non quæro, inquiens, quæ vestra sunt, sed vos (II Cor. XII, 14).* Et quod rursus scriptum est: *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus vero Dei (I Cor. III, 22, 23).* Meminerat quoque eundem Apostolum commonentem: Et quoddam quidem de igne rapite, dubios vero consolamini. Et Jacobum similiter dicentem: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et cooperiet multitudinem peccatorum (Jac. V, 20).*

CAPUT XVII.

De miraculo vini, ubi vas vacuum post repletum invenitur.

Erat autem vir quidam habitans in suburbio Parisiaco, haud procul a basilica beati Petri apostolorum principis commanens, quem Eligius pro fide et devotione sua familiariter diligebat, ipseque ab eo pro reverentia sanctitatis unice diligebatur. Accidit ergo quadam die ut prædia monasterii sui Eligius lustrata, et a Gentiliaco jam digressus, Parisiis remaneret; cumque non longe a domo ejus cum suo nobili, ut solebat, comitatu tramitem præteriret, fortuito ille eminus conspiciens cognovit illico adesse Eligium. Tunc obviam accurrens, cepit genua ejus lambere, dicens: Est mihi pauxillum salerni in cado, divertat, quæso, dominus meus paulisper in domum servi sui, ut hi qui tecum sunt percipiant merum, et benedicat mihi Dominus ad introitum tuum; cumque ille recusare vellet, vix comitantium victus precibus tandem ad domum divertit. Erat autem præfato viro positum vas in cellario (quod vulgo tunna vocatur) duas fere aut tres tantummodo in se metretas vini habens. Cum ergo illic ingressus obnixè rogaretur ut vel parum quid pro benedictione perciperet, allatum sibi poculum benedicens, modicum ex eo pro satisfactione hausit; cuncti tamen comites ejus gratissime ubertimque potati sunt. Deinde, benedicta domo, valedicens viro, discessit, atque ad monasterium suum, quod in eadem urbe situm est ad maren-

dum divertit. Post cujus videlicet abscessum ricadum, quod ad usus famulorum ejus peno exhaustum, divinitatis gratia exuberante, vino ad summum est repletum. Facto autem die: fortuito ingressus homo in penum invenit tuquæ pridie vacua prope remanserat, usque ad repletam: ex quo vehementer mox attonitus nimium eventum rei mirari, confestimque h sui merita reduceas ad memoriam properè a perrexit, narrans quanta sibi Dominus ad ad ejus præstiterit. Quod cum Eligius audisset, Domino gratias, dixit ad eum: Pax tibi, frater, sit hic sermo, nec patiaris unquam divulgari sed vade, et cum gratiarum actione quod t Dominus largitus est in usus necessarios ex

B Tunc ille cepit rogare eum ut dignaretur ipse ad domum ejus usque fatigari, ac per semetemetum illud benedicere, et utendum ex vase ferre, quod nisi faceret, testabatur se nul exinde unquam vel guttam foris præripere. cernens devotionem hominis pariter ad domum rexit, et ingressus domum prostravit se in pavilac diutissime precem fudit; post orationem considerans apothecam plenam, jussit eam re vinumque in vase proferre; et cum factum fui ipse quidem exinde modicum gustavit et omni simul aderam largissimos ex eo meros hausit. Sic deum oculis manibusque ad cælum pro gratias agens et glorificans nomen Domini, venerat rediit.

C

CAPUT XVIII.

Quanta severitas ejus verbum comitaretur; et in ritu infausti viri.

Sed neque illud silentium puto, ex quo I auditoresque ad studium humilitatis causa exempli incitare confido, ut ne aliquando I quique præsumant contra sanctos viros veracacia incaute proferre, dum simili metuunt succumbere. Quidam itaque vir infaustus, a que protervæ mentis ac segnis (ut pote ex H familiaribus) conquerebatur multis diebus congium, volens ecclesiæ ejus sylvam quamdam valmam pertinaciter præripere, suæque ditioni m re; pro qua causa frequenter ad illum conveniens eum ad injuriam verbis procacibus provocabat etiam una dierum præfatus vir adiens Eligium ram copiosa multitudine cepit vehementer e ab eo repetere. Cui cum Eligius modeste læ responderet, ille, ut sese habet humana j amplius se extollens, audacter obtendebat eum verbis lacessens: at Eligius patienter ferrens, blandis eum verbis coercere studens: Amice, refrena cupiditatem tuam, erubescis tam cæca mente res alienas appemea a me postulare, darem forsitan quod p nunc vero quia non meum sed ecclesiæ pro me repetis, non tibi de omnino quod pauper n. cessitatibus delegatum. Tunc ille acris h vehementer eum verbis injuriabat dicens: I id voluntarie non reddis, ego vi subripi

nolis. Tandem ergo Eligius permotus, minaci vultu dixit ad eum: Novit meus Creator nisi cito desieris ab hac intentione, dignam meritis tuis recipies excommunicationem. Quod verbum ille audiens in tanta cachinnatione prorupit, ut multa ei probra et convicia, irrisionesque precaciter jacularetur. Tunc Eligius videns eum nullo genere posse sedari, protensa ad eum manu dextra jaculum excommunicationis in eum terribiliter congegit. Et, o mira virtutis potentia! ita percussit virum, ut omni funditus robore destitutus, et vigorem amitteret, et speciem vivi hominis perderet. Denique cum pariter Eligii verbo curvatus in pavementum sic divinitus est percussus, ut palam omnibus astantibus videretur velut mortuus; nam cuncti hæc videntes stupore nimio percalsi in Eligii injuriam Dei ultricem mirabantur affuisse iram. Sic ergo miser ille in manibus inde sublatus, triste valle suum præstolabatur funus. Omnes præterea qui aderant communi prece Dei hominem deprecabantur, ut non considerans illius infausti recordiam, pro eodem preces funderet, quo restitutus sanitati sponte super his quæ contra eum gesserat pœniteret; quod utrum fecerit, hæcenus incertum habemus: hoc nimirum solum admirationi ascribimus, quantam vim sermo ejus ex divina largitione obtineret, qui absque ullo verbere solo potenti verbo superbum in terram dejecit, arrogantemque humiliavit; quamque charum hunc Deus haberet, cujus utique verbum tam celer in hominem ultio comitata est. Sed ne solam hanc verbis ejus putetis comitasse virtutem, audite quid et alibi gesserit.

CAPUT XIX.

De potentatu verbi, et de dæmoniis liberatis.

Igitur quodam tempore cum dies natalitius beati Petri apostoli in diocesi quadam haud procul a Noviomense oppido celebraretur, adiens Eligius vicum cum ingenti constantia, prædicabit, sicut semper consueverat, Dei verbum, abjiciendos duntaxat abominandos esse cunctos dæmonum ludos, et nefandas salutandas, vel caranas, omnesque inanes prorsus relinquendas superstitiones. Quam ejus prædicationem præstantiores quique loci illius valde ægre ferebant, scilicet quod ferias eorum everteret, ac legitimas, ut putabant, consuetudines exinaniret. Tunc Pravi quique inientes consilium (et præcipue ex familia Herchenoaldi, qui erat eo tempore præpositus palatii amulabatur Eligium, sed non ad bonum) decreverunt simul, ut si ulterius hujusmodi nugis eorum contrairer Eligius, illico irruentes interficerent eum. Quod cum Eligius cognovisset, ingenti martyrii desiderio stimulatus surrexit concite, et præceptis omnibus, ut nullus eum, præter duos clericos atque unum diaconum, sequeretur. Venit ergo per medias populorum turbas, et stans in quodam eminenti loco ante basilicam, cœpit instantius prædicare vehementer objurgans populum eo quod monitis salutaribus terga parantes, diabolicis phylacteriis tantopere essent intenti. Ad cujus exhortationem vehementer turba commota, probrosa ei verba cum in-

PATROL. LXXXVII.

A genti protervia respondebant, interitum ei minitantes atque dicentes: Nunquam tu, Romane, quamvis hæc frequenter taxes, consuetudines nostras evellere poteris, sed solemnia nostra sicut hæcenus fecimus, perpetuo semperque frequentabimus, nec ullus hominum erit, qui priscos atque gratissimos possit nobis unquam prohibere ludos. Tunc ille cum nihil se proficere cerneret, magisque ludos coalescere videret, indignatione commotus, Dominum Jesum ex imo pectore interpellavit, dicens: Quæso, Domine, divinam clementiam tuam, ut hi qui cum tanta audacia atque superbia tuis sanctis monitis contradicere audent, et magis dæmonum seductionibus quam tuis præceptis obtemperant, tuo permissu, ipsorum nunc ferocitate ad exemplum terroremque multorum impleantur, quo cognoscere possint quorum opera exercent, et ab hominibus in te credentibus enixius glorificetur nomen sanctum tuum. Post cujus verba subito plurimi, hi præcipue qui erant ex parte Herchenoaldi, quique divina mandata despicientes manus in eum parabant injicere, immundo afflato spiritu cœperunt continuo modis diversis debacchari. Omnis autem multitudo, exceptis his qui aderant, ingenti pavore perterriti, vestigia hominis Dei lambebant, verentes ne similia paterentur, pollicentes singuli cuncta quæ mandaret sine aliqua jam simulatione sese assecuturos. Ad quos vir beatus dixit: Nolite timere vos, sed magis justum Dei judicium glorificate, quoniam revera dignum est ut hi qui ejus voluntati contraire videntur, traditi eis ad tempus quos diligunt, sentiant præceptores suos quorum cultui inserviunt; vos autem si præceptis Christi libenter obtemperare velitis, nihil paveatis, quia innoxii ab his latrunculis semper eritis. Multis præterea rogantibus pro vexatis, nolgit statim orationem pro eis assumere, sed ait: Sinite huc usque, sinite, sentiant, sentiant, debent scire denique quos perhorrescant, et quibus hæcenus obtemperantes obedierunt. Sic itaque, anno transacto, cum anniversaria rursus præfata festivitas advenisset, jussit omnes vexatos illos palam adesse; cumque omnes adessent, oratione præmissa, exorcizavit aquam, et dedit eis pro uedela, confestimque liberavit eos ab obsidione diabolica. Erat autem numerus eorum amplius quam quinquaginta. Sic ergo eis via salutis annuntiata, plurimumque correctos eos et castigatos dimisit abirosanos.

CAPUT XX.

Quod in basilica quadam cursum vel oblationem interdicit celebrari.

Alio vero tempore cum dioceses suas, ut episcopis mos est, visitaret, exstitit quædam certa causa ut in una basilica interdiceret cursum vel oblationem, quousque ipse juberet celebrari. Erat autem illic presbyter quidam malæ conscientie saucius, cujus videlicet ob culpam excommunicatio processerat, qui episcopi jussis minus obtemperandum credens, verbaque ejus leviter valde ferens; cum longius eum a loco illo abire æstimaret, mox signum ecclesie

statuta hora, sicut mos erat, pulsare cœpit. Tunc ad A
 consuetudinem humanam præsumptionem magis insensibilis quam rationalis creatura verbis episcopi parens, veluti sibi interdicto silentio, nullum ad pulsantis nisum signum reddidit sonum; deinde presbyter diutius funem terebrans, cum cerneret tinnulum omnino permanere mutum, egressus protinus basilicam, causam cunctis manifestat. Tunc autem Eligii reminiscentes excommunicationem post eum nonnulli quantocius properant, ac reconciliari ab eo basilicam exorant; sed ille, quamvis esset benignus, noluit tamen tam calide, priusquam satisfactio præcederet, sententiam suam reflectere. Sic ergo transacta die una ac nocte cum sæpissime presbyter quater signum tentaret, nullum pulsanti præbuit sonitum. Transiit quoque et sequens nox cum die, et nec sic B
 quidem sonum produxit; fluxit nihilominus et tertia dies cum nocte, sed nec tandem sonum aliquem reddidit; postea vero crebris discurrentibus nuntiis cum optimatum et seniorum epistolis, tandem eorum precibus victus, necnon et pœnitentiæ satisfactione prælata, solo verbo Eligius reconciliavit locum, et mox signo tacto sonus pristinus rediit in tintinnabulum.

CAPUT XXI.

Arbuscula nucarii arefacta.

Una autem dierum iter necessarium carpens, devenit ad quendam locum haud longe a Compendio Regali, optimum prædium, et fatigatus ex itinere divertit in agrum cujusdam coloni: erat autem illi C
 arbor magna nucarii onusta fructu vescibili. Cumque Eligius in diversorio quiesceret, egressi quidam ex ministris ejus cœperunt ex præfata arbuscula avellere nuces, erat enim tempus quo congrue vesci poterant: accurrens autem concite dominus arbustæ causabat procurator nuces sibi subripere; quo Eligius comperto vocat ad se virum, et blande ac leniter eum demulcens ait: Noli, amice, ob hujusmodi causam molestus nobis existere, et si pauca pueri præsumperunt, plurima tibi adhuc supersunt; nam et hoc quod attigerunt ego data pecunia tibi gratissime satisfaciam. At ille tumida mente lenitatem ejus spernens, duris eum amaricabat verbis, eadem crebrius taxans. Tunc Eligius animo inmutatus famulos quidem pro rei facto durius objurgavit, homini vero D
 pro substantiæ damno tres aureos dari jussit; ad arbustam tamen conversus, nimirum Salvatoris scilicet imperantis exemplo usus, ait: Quoniam tantopere pro te lacessimur, nunquam ex te ex hoc jam fructus nascatur in æternum. Et, o mira Domini potentia! cujus exemplum secutus fuerat in verbo, ejusdem et virtus subsequitur in effectu; nam post non longum spatium arefacta arbuta, siccæ demum peruanet in ævum. Merito igitur in hoc opere Dominicum secutus exemplum, arbustæ cum fiducia imperavit, qui fide plenissima Dominicam tenebat sententiam, qua dicitur: *Quia qui credit in me, non solum faciet ea quæ ego facio, sed et majora, inquit, faciet (Joan. xiv, 12).*

CAPUT XXII.

Dæmoniacy ad ejus imperium siliuerunt.

Aliquo rursus in tempore agebatur natal Martini pontificis; cumque inter missarum ac evangelicæ juxta morem lectione expleta, divigiis populo prædicaret mandata, vehementer ciperant verba ejus plurimi debacchantes in eum. Tunc Eligius porrecta contra impatientes præcepit, in nomine Jesu Christi, ut quocumque prædicationem completeret, nullus eorum motusumeret; quod et mox factum est: et non ac jubentis verbum omnis illa turba conticuit (t enim erant quam duodecim), verum etiam et nes non ferentes tantam verborum ejus vi confestim ut ille manum contra eos protendi nullos ex eis relinquentes, confusi fugerunt, dudum obsessa sana illico dimiserunt.

CAPUT XXIII.

Ut famulum a ficta sanavit.

Alio quoque tempore quidam ex familiaribus Ermesindus nomine, pessima laborabat ægrotitudine denique dira atque intolerabili percussus a morte jamjamque imminente, et jam a flatu ægris arcebatur. Erat autem tunc Eligius iter quo carpere dispositus; tum subito postulat æger potius quam verbo, ut sese herus priusquam exhalaret, dignaretur visitare: ad quem cum intrasset, cœpit eum duris verbis increpare, scilicet corde cæcato pœnitentiam minime progentis suis gesserit. Et cum ille nimis anxius jam ex hac vita penderet, ac pro verbis solummodo cum diro gemitu satisfaceret, minima motus est, pius enim erat Eligius circa suos, posuitque super eum quem manu gebacterium, et præcepit ei ut sine mora in nomine Jesu Christi sanus exsurgeret, secumque illico nere disposito pergeret. Confestim ergo ad eum bum omni a se dolore celeri velocitate surrexit qui erat ægrotus, cunctis mirantibus, atque ita exiliens præcessit eum quo pergebat lætus.

CAPUT XXIV.

Levitam a lateris dolore sanavit.

Quidam autem diaconus lateris dolore perobseptus, graviter laborabat per dies plurimos quoque morbo succrescente, toto pene corpore cumbibat tabidus; cui cum Eligius manus latus et membra contrectasset, statim absce tabo, omnique mox malo depulso, sanavit eum turido illo morbo.

CAPUT XXV.

De presbytero ab eo sanato.

Fuit quidam presbyter in quadam diœcesi cui plurimi vicinorum inhonestum valde fer testimonium, quem Eligius frequenter verbis piens, nequibat eum a pristino revocare concumque latius infaustum ejus crebresceret vi non patiens ultra Eligius tanta nefanda aucto illo, die quadam accessit ad se causam v

crimini percunctatur, hortans eum modeste ad emendationem, invitans leniter ad confessionem: at ille longe a se tale quid factum abnegans, audaciter culpam defendere nitēbatur, plus videlicet pertimescens hominem quam divinam metuens ultionem. Tunc Eligius cum nulla eum ratione flectere posset ad confessionem, excommunicavit eum, ut interim qui pro admissio scelere publice pœniteret, nullo modo altare adiens sacra mysteria celebrare pœsumeret, comminans multum atque pollicens, quod si id ultra usurparet, sese nullatenus posset latere, sed illico se palam adesse, et severius in eo culpam vindicare. At ille a facie ejus egressus, pro nihilo ducens minas ipsius, dies suos in negligentia consummabat: transactis autem paucis diebus, excommunicationem hominis Dei veluti jam inveteratam negligenter obliterans, quadam die altare, sacrificium oblaturus, aggreditur; cumque primam altaris partem intrepidus adiret, statim divinitus percussus, ac vehementer in terram prostratus, exspiravit. Ex quo facto cœpit indignatio Eligii cunctis terribilis videri, sermoque ejus jam apud omnes oraculum cœlitus computari. Ipse vero cum comperisset internecionem tam execrabilem illius miserandi, vehementer eum luxit, et multis demum male viventibus ad exemplum corrigendæ vitæ eundem in argumentis proposuit. Præterea Eligius in tantum mentis sinceritate profecerat, sedule Deo iu hymnis et orationibus serviens, atque ita cunctis animi virtutibus sublimatus florebat, ut nonnunquam ea quæ futura erant præsciis longe ante prænuntiaret, ad quod declarandum necessarium reor vel pauca de plurimis enarrare.

CAPUT XXVI.

De gratia prophetiæ eidem collata, et de morte Erchenoaldi.

Quodam itaque tempore obnixè ab Herchenoaldo palatii præposito, quamdam ob causam procul ab oppido secum pergere in comitatu rogabatur; at ille secum multa reputans renuebat prædictum iter eo tempore cum ipso arripere; cogebatur vero a senioribus et abbatibus civitatis suæ, ut quoquo modo satisfaceret voluntati ejus, ne pro excusatione itineris offendiculum vel inimicitiam tam præstantissimi incurreret viri. Tandem autem ab eis non proptatulo respondere compulsus, ait: Quid necesse est, fratres, quod nobis tantam vexationem conamini ingerere; ego procul dubio novi quod vos omnino nescitis, quoniam si illuc properaverimus, magnam ibidem injuriam passuri sumus; hinc enim homo pergens vadit illuc, sed vivus exinde non revertetur, illic etenim morietur. Porro post paucos dies completur sermo ejus; et cum vix acturi simul ad destinatum prædium pervenissent, ibique aliquot dies commorarentur, ita ut dudum prædixerat contigit. Denique quadam nocte cum alto sopore omnes quiescerent, fortuito Eligius egressus tabernaculum, dum foris ante vestibulum deambularet, ac de psalmis nescio quid secum volveret, vidit su-

bito columnam ignis e cœlo descendere, cubiculumque Herchenoaldi vehementer penetrare, et tacite secum eventum rei considerans, interitum bestię illius diacono suo, qui forte solus cum eo inventus erat, indicat. Confestim vero Herchenoaldus ultione divina percussus, cum subito in internis visceribus vasto cremaretur incendio, jussit protinus ad se vocari Eligium; qui cum vocatus adfuisset, et videret eum vehementer angi, cœpit ei suadere, ut quia jam ei vivendi non aderat fiducia, vel hoc faceret moriturus quod non fecerat sponte vivus, scilicet ut sacculos copiosos metallo auri repletos, quos secum equi vehabant incomptos, pauperibus jam sine dilatione pro refrigerio suæ animæ tribueret, hoc ei solum astruens prodesse, illa vero quæ in thesauris relinquebat, procul dubio animæ suæ obesse. Sed ille, sicut semper, rapidus, ita tenax et avarus, dum moras dilationis longius innectit, repente miser spiritum exhalavit; cujus corpus Eligius secum pro misericordia referens, sepulturæ tradidit, ac sic verba sua cunctis manifeste completa ostendit.

CAPUT XXVII.

De morte Flavadi ab eo ante prædicta.

Similiter dudum de morte quoque Flavadi crudelissimi viri fratribus prænuntiaverat: nam cum præfatus tyrannus Willibadum Christianissimum virum, Burgundiæ patricium, innoxie interfecisset, atque ejus mors Eligio nuntiata fuisset, ille ad hæc e contrario ista narrantibus respondit, dicens: Vos quidem asseveratis Willibadum mortuum, Flavadium vero vivum; ego autem illum quem dicitis interfectum novi pro eximiis meritis melius nunc vivere in cœlo; illum vero quem vos applauditis vivum, scitote celeri internecione male fore mortuum. Cui cum causam hujus immutationis percunctarentur, apertius illico prænuntians, ait: Hæc ideo dixi, quia vir ille verus Dei cultor mortuus ad tempus videtur, sed jam sine fine feliciter vivit; Flavadius vero, qui per proluxa tempora vivere putatur, infra hos decem dies male, ut dignus est, morietur. Ita ergo factum est sicut ipse prædixit; nam septem diebus transactis, fortuito Flavadius percussus, juxta sententiam viri Dei miserabiliter est defunctus.

CAPUT XXVIII.

De visione episcopatus Simplicii.

Alia etiam complura episcopus factus mira prædixit; sed dum adhuc sub laicali habitu esset, præsagus futura prænuntiavit; ex quibus nocte quadam dum consuetas orationes expresset, paululum in discubitu requiescens, cœpit subito in somnis vehementer satagere; quem mox clericus excitum eam causam visionis illius interrogaret, hujusmodi ab eo responsionem audivit: Nuper, inquit, Simplicius Lemovicinæ urbis episcopus migravit de mundo, et ecce modo jam Felix qui sacerdotio sortitur, missos ad nos destinavit, ut ejus parti solatium præbeamus; cum ipsis quidem nunc loquebar; solliciti ergo nunc estote, haud procul enim sunt. Dixit et

conquievit, et ecce post ejus verba cum lux diei A daret initium, cœperunt repente prædicti nuntii vestibulum domus pulsare, qui illico ingressi nuntiant episcopi mortem, cunctaque ita esse gesta, sicut jam Eligius prædixerat. Tunc vero offerentes copiosam pecuniam a Felice pro adminiculo episcopatus missam, nullatenus suadere potuerunt ut quidpiam ex eadem acciperet, sed protinus ingressus ad principem gratifice cuncta quæ petierant obtinuit, et sic deum eosdem ad propria remeare fecit.

CAPUT XXIX.

De visione dispersionis cœnobii.

Accidit etiam ut quidam abbas, vocabulo Domnolus, visitationis gratia ad eum quondam profectus, diutius apud eum commoraretur : cui Eligius nocte quadam post quietem secretius evocato, dixit : Tu hic securus consistis, sed monasterium tibi commissum vehementer inimici impulsu quatitur, ac dæmonum procellis fortiter conquassatur; vidi enim in visione noctis flumen ingens multa vi super eum irruere, et nonnulla ædificia funditus ad solum usque diruere; quamobrem perge, queso, nisi onerosum est, et vide utrum erga fratres cuncta prospere agantur. Tunc abbas sollicitudine cumulatus, protinus itinere arcepto regressus est ad cœnobium, et priusquam ingrederetur monasterium ei nuntiatum est duodecim fere fratres dæmonum instinctu proposito monachi relicto clancula de monasterio fuisse egressos, et huc illucque vagari incertos, sæculique actibus esse jam deditos. Sic ergo præfatus abbas Eligii verba non sine admiratione reminiscens, Domini in eo gratiam mirabatur diffusam. Interim vero de salute fratrum sollicitus, ad eos investigandos properat quantocius, et nonnullos ex eis repertos ad cœnobium reduxit, aliquantos tamen longius profugatos nusquam comprehendere potuit.

CAPUT XXX.

Cuidam Dei famulo futura prædixit.

Alio vero tempore cum Eligius monasterium suum in territorio Lemovicino visitasset, atque inde rediens Bituricas devenisset, voluit videre quemdam qui illic morabatur inclusum, nomine Ebrigisilum; cujus bona fama ab omnibus tunc Bituricæ urbis hominibus celebrabatur : qui, videlicet, inclusus indigere suæ institutionis rigorem servans, nec faciem D quidem suam Eligio tunc præbuit videndam, sed solummodo per fenestram, et ipsam infecto vitro clausam, sicut cæteris consueverat, elogium reddidit : cui Eligius post aliquantulam colloquutionem, cum videre eum non quivisset, ultimo valeiciens ait : Hic te, frater, videre non potui modo, video procul dubio cito in aula regis, Clipiaco; at ille cum id nunquam fore protestaretur : Eia, inquit, Eligius, eia, probabis hoc in die illa, cum te illuc coram populis et principibus visurus sum in palam. Verum post breve tempus sequitur effectus ejus sermonem; nam talis quedam existit causa, ut eundem inclusum cellule suæ claustris patefactis palatium regis adire necessitas certa compelleret, ubi ab Eligio honorifice susceptus est. Conti enim ut ibi tunc adesset, et inter dulcia colli honeste valde et jocabiliter increpatos, de post transactam petitionem ad propria est re sus.

CAPUT XXXI.

Ortum Lotharii regis olim prædixit, et alia plura.

Sunt et alia multa quæ familiariter loquens prophetando prædixit, sicut et de morte quod Hariberti regis, quam sicut prænuntiavit, ita paululum evenit. Et de morte Dagoberti in principis necnon et de nativitate Lotharii Juniam cum adhuc esset in utero inditus, et magnopere ob id pavitaret, verens ne filiam et et ob hoc regnum succumberet, veniens ad Eligius alacriter eam recreavit, atque coram nibus puerperam vocitans, partum ejus mas prænuntiavit, suumque filium ex mysterio rationis fore prædixit; nomen etiam puero in alvo imposuit : et ad hæc omnia certius tem quoddam opificium, quod parvulo posset ap fieri rogavit, atque ad usus ejus, usque dum ceretur, custodiri jussit. Hæc autem omnia prædixit, ita demum rei eventus probavit; nam regina filium protulit, et Eligius eum filiolum su ac nomen Lotharius, quod dudum indiderat tavit. Post hunc quoque Deus sobolem ejus n plicavit, et genuit adhuc filios duos; sed cum jam procreati essent parvuli, et rex ac regina flo grateque consistentem, talem relationem d C in diebus illis Eligius prædixit.

Aspiciebam, inquit, in visione nocturna cum circa tertiam diei horam properantem, cla prælucentem, subito nusquam comparuisse, que adhuc informe prodigium solerter intendi conspexi illico, et ecce quasi media abortu tres circumquaque vallata stellas eo teneri tr visebatur, quo sol recurrens quotidie vertitur que cum et hoc portentum attonitus expecta mox intra mirantis obtutum stellis permanen luna fortuito exempta est; post hæc vero cum xius tres illas considerarem stellas, ad horam meridianam accedere, ac vicissim suis radiis repercutere, ea quæ eximior ex tribus videbat improvise sublata, duas tantum reliquit in p tulo; deinde cum simul duæ illæ comitari vid tur, dicto citius, una earum obscurata atque u cta, una tantummodo remansit in palam, qua recto tramite solis cursum imitans, magno d fulgore rutilabat, quantoque amplius ad Oe tem declinabat, tanto uberius claritas ejus latu pagabatur; at ubi ad ultimum occidui locu venit, tantam claritatem suarum lampadarum | dit, ut potissimam solis claritatem superare v tur. Hic est itaque ordo visionis. Post m Clodovei regis (nam absque dubio cito defun aliquanto tempore obtinebit hoc Francorum gnum relicta ejus regina cum tribus parvulis, quam vero et ipsa regno fuerit exempta, filius in regno relictis, unus demum ex ipsis

et post hoc haud longo spatio ex duobus quoque regno unus privabitur, tertius vero solus monarchiam adeptus dilatabitur super omnes affines suos, atque magnificabitur, et obtinebit sub ditione sua tria hæc regna, et sic visio hæc consummabitur. Iluc usque Eligius, sed nos minime distendere convenit, cum verba ejus consequantur effectum, præsertim cum hæc jam aliqua ex parte completa carnamus, cætera vero quæ nondum impleta sunt, ex consideratione præcedentium impleri a proximo non dubitamus; nam secundum ejus sententiam et rex Clodoveus infra paucum tempus, hoc est, anticipans triginta dies in pace obiit, ejusque demum relicta regina cum parvulis, paucis annis regnum obtinens, postmodum jure regio exempta, filius in principatum reliquit, ac non post multos annos major natus ex ipsis, qui potissimum jus temere videbatur, dum quiete tranquilleque regnaret, diem obiit, dum superstitibus fratres reliquit. De visis jam quid agatur, solius Dei judicio definiri convenit. Hæc igitur, sed et alia plura his similia, quæ prosæqui longum est plerumque Eligius propheticæ gratia assatus prænuñtiavit.

CAPUT XXXII.

Quanta moderatione se vir sanctus dispensabat, et quod populis exemplum dabat.

Et inter cætera bona sermo quoque ejus sapientiæ, atque scientiæ, et consolationis affluenter collatus erat, humilitatem autem supra modum et charitatem æqualiter possidebat. Non præponebat in honore locupletem pauperi, nec principem vel nobilem subjecto et vili præferebat; sed his se austeriorum exhibens, illis modestiorem præstabat. Famulos quoque non ut servos dominorum more affligebat, sed benigne et modeste fraternæ charitate diligebat. Jam vero in Barbaris tolerandis æquanimitas quanta, et quanta patientia erat! Instabat nimirum incredulos ad fidem suadendo flectere, obsequio ingratos lenire contradicentibus leniter respondere, superbos humiliter supportare, existebatque ad omnem tolerantiam fortis, ad sustinendam injuriam mitis, ad faciendam misericordiam facilis; tribuebat egenis substantiam, committens Christo pecuniam, ut ab ipso æterna perciperet præmia; dicebatque res suas non esse suas, sed pauperum, quorum procuratoriam quodammodo agere videbatur; denique omnes opes in thesauris celestibus largiendo egenis condens, cunctam suppellectilem justa operatione ad paradysum removebat; illic videlicet transferens, ubi fructus caperet possessionis æternæ; illic thesauros abscondens, ubi semper feliciter glorioseque viveretsine fine. Erat præterea hic idem vir beatus in fide Christi firmus, in opere justus, in judicio providus, in humilitate perfectus, in devotione præcinctus, moribus suavissimus, sensu doctissimus, animo pacificus, corde piissimus. Tenebat jugiter in actibus sinceritatem, in corde puritatem, in opere

^a *Cripturamque.* Acherio videtur legendum *rupturamque*; sed vox *criptura* legitur etiam cap. 47. Gal-

virtutem, in moribus disciplinam: gerebat in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, in humilitate modestiam, in administratione diligentiam, in adjuvandis laborantibus vigilantiam, in fovendis pauperibus misericordiam, in defendendis dogmatibus constantiam; eratque sermo ejus semper cum charitate et lenitate conditus, quo mentes audientium tanquam luminare lucidissimum irradiabat. O vere imitabilem virum! o semen Abraham benedictum! o præferendum omnibus Eligii exemplum! Jure itaque Abraham filius nuncupatur, dum ordinem gloriæ paternæ dignitatis exsequitur; merito, inquam, Abraham soboles ascribitur, fide, scilicet, non genere, imitatione, non progenie, devotione, non stirpe: nempe Abraham benedictio meruit filium, Eligius vero benedictus transfertur in numero filiorum; ille Domino obtulit filium, isto potiora donis omnibus obtulit semetipsum; et Abraham quidem tradidit hæredem, hic nihilominus hæreditatem; ille sobolis innocentiam, hic omnem substantiam. Necesse ergo est ut similitudo officiorum similitudinem conferat meritorum. Postremo Abraham quod habuit pignus exhibuit; Eligius vero totum quod habere in mundo potuit, Domini juri arbitrioque commisit. Sed quia per alternas temporum vices discurrens oratio pene jam ad finem et felicem ejus transitum perduxit stylum sufficiat interim huc usque seriem vitæ ejus descripsisse; jam enim, ut spero, etsi sensu rustico prolixum produximus sermonem, quanquam meritis ejus digna præconia nullatenus narrare suffecerimus, nunc ergo dignum puto ob audientium ædificationem quo ordine ex hac migraverit vita paucis explicare.

CAPUT XXXIII.

Obitum suum dudum prædixit.

Factum est autem in diebus illis, postquam Eligius cuncta mundi hujus adversa, cunctosque labores æquanimiter toleravit, post vitæ temporariæ administrationem bene transactam, post multiplicia misericordiæ opera, post dulcia vitæ exempla, post innumera captivorum agmina liberata, post monachorum virginumque multitudinem copiosam Deo traditam, cœnobiisque mancipatam, post immensam molem substantiæ elemosynis distributam, post fidelissimæ dispensationis creditæ sibi pecuniæ undique merita cumulata, vergente jam in senio ætate, cum esset annorum amplius septuaginta, cunctis bonis operibus refertus, sentiens jam dissolutionem sui corporis imminere, cœpit quadam die cum discipulis Noviomni in oppido deambulare, et fortuito conspiciens eminus vidit ex fronte basilicæ sancti Medardi parietem ex parte dissipatum, a cripturamque imminentem ac ruinam minitantem instare; jussit ergo continuo artificem vocari, et parietis infirmitatem illico cum liniamentis solidare. Cui cum discipuli dicerent: Opportunum, domine, tempus expectetur, ut

licum crevasse a verbo crepe. Idem haud ita multo post emendat lignamentis, ubi habetur liniamentis.

facilius ac solidius emendetur, ille respondit: Sinite huc usque, filii, quoniam si modo non emendatur, nec jam superstiti in corpore non emendabitur. Ex quo verbo cuncti pene tabefacti, atque in angorem versi, cœperunt mutuo suspirantes dicere: Non contingat, domine, famulis tuis hæc videre quæ loqueris, sed magis annis multis ad ornatum Ecclesiæ suæ Dominus, pauperumque præsidium, beatitudinem tuam hic vernare permittat. Ad hæc ille, supplices cœlo aspectus dirigens, atque ex imo pectore longa suspiria trahens, ait: Non vestra ex hoc, sed potius Domini in me fiat voluntas; exigit enim naturæ conditio ut post multiplicia vitæ hujus oblectamenta, tandem jam pergamus ad veniam; sed et vobis expedit ut cum effectu nequeatis, vel sola tamen voluntate Dei in hoc voluntati non discrepetis, quia procul dubio tempus jam præfinitum est. Porro ad hæc verba cunctis in mœrorem conversis, ait: Nolite ob id, filii, contristari, sed potius gaudete et congratulamini, quia olim hoc tempus desiderabam, olim hanc missionem post longam vitæ ærumnam percipere cupiebam. Illis itaque suspirantibus atque in angorem conversis, nihilominus et rei ambiguitate detentis, ab hujusmodi colloquio cessatum est.

Nec mora, post hæc et levissima febre corpori infusa cœpit tædiari; tunc certius quid divina providentia de sua morte decrevisset condiscens, jussit convocari omnes famulos et ministros suos, quos ipse longo jam tempore alens instituerat; et cœpit eis finem dierum suorum palam facere, ac, sicut semper consueverat, inter cætera prædicare pacem semper habendam, pacem fratribus custodiendam, et charitatem præcipue tenendam, in qua est unitatis et concordiæ vinculum. Deinde, evocato Balderedo, Ecclesiæ Tornacensis abbate, dixit: Rem tibi, frater, non celabo quam certissime fore didici: ego quidem, secundum tenorem Patrum, gradior viam meam; te vero moneo ne ulterius Tornacum redire appetas, sed esto hic contentus cum fratribus tuis, cum eisdem degens; nam si oblitus verba mea illic deinceps accesseris, novi pro certo quod vivus inde non redies. Itaque ut tunc prædixit, ita post ejus obitum contigit; nam præfatus Balderedus negligenter excedens verbum istud post mortem beati viri, ad prædictam urbem sine cunctamine properavit, et non post multos dies, irruente super se turba, vehementer cæsus, ad ultimum interemptus est. Igitur ut dicere cœperam, cum vir beatus ultima decumberet ægritudine, ejusque infirmitas per quinque vel sex dies protelaretur, ita duntaxat ut semper eandem deambulando, baculoque regente infirmos artus sustentando, dissimularet, nec sic quidem a Dei opere cessabat, bonam hanc virtutum suarum consummationem existimans, si ad finem usque perduceret, id quod per longa vitæ spatia jugi instantia tenuisset; pernox enim in orationibus et vigiliis membra fatiscientia spiritui servire cogebat, et mente quodammodo ad memoriam futuræ beatitudinis transiens, nimium lætus caput iter expectabat. Inter-

ea cum jam propinquare profectiois salutarem diem sentiret, congregatis pridie Kalendarum Decembrium cunctis undique famulis et suis discipulis, quos jam etsi non spiritu, corpore tamen incipiebat relinquere orphanos, ita exorsus est ad eos: Ultimam, dilectissimi, parvitas meæ audientes sententiam, ultima amatoris vestri gratifice percipite verba, si me vicaria dilectione amatis; divina jussa adimplere contendite, Jesum semper suspirate, præcepta ejus vestris mentibus figite; si vere mei amatores estis, Christi nomen sicut et ego amate; incertæ conditionis vitam quotidie ancipitem retractate, Del tremenda judicia jugiter formidate, quales eritis in die judicii præsentandi sollicita consideratione pensate; ego enim, secundum eloquia Scripturarum, gradior jam viam universæ terræ; jam itaque amodo absque me in hoc mundo degetis, quia me Dominus jam evocare dignatur; sed et ego cupio discessi jam, et, si Domino placuerit, esse in requie. His dictis cum omnes flerent et ejularent, evocatis ille singulatum propriis vernaculis, constituit eis monasteria inter cætera excellentissima, ad quæ post suum discessum singuli quinque properare deberent; et dixit ad eos: Ecce hodie in manus vestras commendo salutem animarum vestrarum; mementote ergo admonitionum mearum, et cogitate jam singuli de vobismetipsis; hæc inter omnia quæ moneo assidue agite; hæc sapite, hæc retexite, et memoriam meam vobiscum semper ubique portate: Eligius enim migrat, et jam non erit in hoc sæculo vobiscum. Cum hæc igitur dixisset, omnes qui aderant cum ingenti rugitu vocem levantes, vixque inter crebros singultus verba formantes, consona omnes voce deslebant, dicentes: Cur nos, Pater, deseris, vel cur tam cito a nobis recedere cupis? Cui alumnos tuos orbatos relinquis, aut cui, pastor optime, gregem, quem ex gentibus congregasti, fovendum committis? Scimus quidem olim desiderare te Christum, sed salva tibi manent tua præmia, nec si diutius in mundo commoratus fueris, minuentur, sed aucta potius in dies incrementantur; ideoque, quæsumus, si fieri potest, differ exitum, ne abscessu tuo omnes patiamur exitium; sentium te non compellit ut migres; quos deseris, potius nostri miserere; aut si mavis abire, vel socios nos tuæ mortis assume; melius profecto mori tecum ducimus, quam te absente in mundo vivere; absentiam tuam ferre non possumus, quia tui similem nunquam habebimus. Doleat ergo tibi, pastor bone, ne tam cito orbatam relinquant plebem, moveat pietatem tuam luctus iste, quo impetrès apud Dominum superstes adhuc in corpore esse. Talia eos deflentes piissimus ille pastor audiens, ubertim faciem lacrymis rigabat, quas magnitudo pietatis indices clementissimi cordis effuderat: gaudebat quippe de sua vocatione, mœrebatque ad tempus mire illis compatiens de eorum destitutione, et cum esset pius, essetque nimium requiem desiderabundus, nec hos ad momentum deserere, nec a Christo volebat diutius separari, illum, scilicet, insatiabiliter sitiens, illum inanius deside-

rans, illumque oculis ac mente tota semper complectens.

CAPUT XXXIV.

Quo ordine a saeculo migravit.

Tandem ergo inter amaras lacrymas, dictaque morronia resumens verbum, ait: Nolite ex hoc usquequaque contristari, et me, quæso, amplius nolite fetu vexare de abcessu meo, et si vere sapitis, gaudere vos potius convenit quam lugere, quia equidem est præsentia corporis absens fuero, spiritu melius præsens ero, et quanquam ego nusquam sim, Deus semper est, illi vos commendo, ipsique vestri curam committo: ego vero si quid boni agere potui, vestris profectibus militavi, et cognoscetis hoc in illa die, cum judicabit Dominus occulta hominum, et cum reddet unicuique secundum opera sua (*Rom. ii, 16, 6*). Scio quidem quia inutilis servus non feci ut debui, Dominus tamen novit quemadmodum huc usque volui. Vos ergo moneo, et per gloriosum Christi adventum obtestor, ut si qua vobis erga me charitas est, si mihi vicarium rependitis dilectionis affectum, mandata et instituta mea servare curate; et in quo unusquisque vestrum prævalet, de monasteriis meis, quæ Christo auspice ædificavi, mercedem et sollicitudinem habetote; et valete, viscera mea. Post hæc verba, vergente jam die ad vesperam, procidit subito in pavimento, et fixis genibus ante Dei vultum provolutus, orat suppliciter gemens, atque suspirans, ut sua benignissima pietate provideat pastorem, qui rogat modeste suam plebem: Ne fiat, inquit, æterno Pastor, hæc plebs sicut oves quibus non est pastor; commendo tibi oves, quas mihi credidisti, et familiam omnem, quam per ministerium officii mei tuo sancto servitio mancipasti; tuo, quæso, Christe, semper protegantur auxilio, tuo gubernentur nutu, et tuo dirigantur imperio. O mira Eligii charitas et magnifica bonitas! recessurus jam de mundo, sui quodammodo cura neglecta, aliorum, sicut semper consueverat, gerebat adminicula; sic enim eximi hac luce cupiebat, ut, Domino jubente, ad illa clara æternitatis habitacula transiret, ubi ei parabatur gaudium sempiternum nulla unquam vetustate periturum; et nihilominus illuc tendens, gregis sibi commissi familieque adeptæ magnam, ut consueverat, sollicitudinem gerebat, commendans utique Domino cum senore quod ab ipso acceperat talenti munus.

CAPUT XXXV.

Valedictio et oratio ultima; et de miraculo egredientis animæ viso.

Jam vero in extremis positus, cum modicus calor teperet in pectore, nec præter sensum quidquam vivi hominis superesset, vocatis ad se discipulis et sodalibus, dum se in mutuos miscerat amplexus, per singulos plorans, omnibus vale dicebat, dicens: Jam non ultra loquar vobiscum, et faciem meam amplius jam non videbitis, ideoque valete in pace, et me jam de cætero sinite quiescere, parentemque materiam permittite tandem redire ad terram. Hæc autem audientes qui circumstabant, nullo genere quiverunt temperari a fetu; complebantur enim cunctorum la-

crymis ora, singultus etiam omnium occupabat vocem, hærentemque linguam viscera commota quatiebant, atque in medios conatus sermo gemitu interrumpebatur; vix tamen inter dira suspiria, et amaras lacrymas, hæc solummodo verba resonabant. Dolemus quidem impatientius nostri causa, quod nos solatio abscessus tui destituis, sed tui causa, Pater optime, consolamur, qui post mundi laborem ad perennem requiem vadis. Tunc ille supplices oculos ad cælum elevans, diu tacitam precem fudit, deinde in vocem prorumpens, ait: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace (*Luc. ii, 28*); recordare quæso, quod sicut lutum feceris me (*Job x, 9*); et non intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens (*Psal. cxlii, 2*). Et quibusdam interpositis adjecit, dicens: Memento mei qui solus sine peccato es, Christe Redemptor mundi, et educens me de corpore mortis hujus, salvum fac in regnum tuum cœlestes, quia utrumque tuum est, et quando voluisti me in hunc mundum intrare, et quando jubes ex eo exire. Tu semper fuisti protector meus, in manus tuas commendo spiritum meum; scio me non mereri conspectum tuum, tamen tu scis quia semper spes mea in misericordia tua fuit, et fides mea in tua credulitate permansit; et nunc quoque sub confessione nominis tui ruens, extremum, Christe, habitum fundam; suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam, et non confundas me ab expectatione mea: aperi mihi properanti januam vitæ, et principis tenebrarum non occurrant mihi, non conturbent me potestates aeris hujus, sed clemens dextera tua protegat, et potentia tua defendat, ac manus tua deducat me in locum refrigerii, et vel in ultimum tabernaculum quod præparasti servis tuis et timentibus te. Et, his dictis, inter verba orationis flagitatum a superis emisit spiritum. Statim vero cum esset hora prima noctis, visus est subito velut pharus magnus ingenti claritate resplendens ex eadem domo coruscando conscendere, atque inter mirantium obtutus sphaera ignea crucis in se similitudinem preferens, velocique cursu densitatem nubium præteriens, cœli altitudinem penetrare. Hoc ergo ordine sancta ejus anima sarcina carnis abjecta, atque terrenis pressionibus liberata, ad suum læta revolvit auctorem, et in antiquam possessionem, diu hic peregrinata, cœlo gaudente, terra plorante, angelis etiam plaudentibus, tandem ovans conscendit. Itaque quantum haberet vir beatus in plebe amorem, confestim in ejus declaratum est morte: vix quidem spiritum exhalaverat, vix debitam Christo reddiderat animam, et jam luctus totius urbis in cœlo resonabat, omnesque plateas currente nuntio variis subito rumor impleverat, et unius obitu quasi communi orbitatis vulnere tota simul civitas lamentabatur. Quid multa? compositum continuo ex more corpus, feretroque inditum, ad ecclesiam deferunt, ibique excubias vicissim agentes, clerus in hymnis, populus in lamentis noctem pervigilem ducunt.

CAPUT XXXVI.

Sanguis ex naribus ejus fluxit : et corpus ejus magno pondere aggravatur.

Facto autem mane convenit ingens in oppidum utriusque sexus multitudo; adfuit etiam et regina Bathildis cum filiis, et optimatibus, exercituque copioso; que velociter oppidum ingressa, celerique cursu funeri accurrens, ingenti voce in fletum prorupit, plorans atque ejulans quod eum vivum minime reperisset: cumque diutissime feretro incumbens lamenta gemnaret, rogat interim præparari quemadmodum corpus beati viri ad Cala monasterium suum transferret; sed cum voluisset eum levare, et non prævaluisset ex loco movere, tristis ad modum effecta, indixit ecclesie triduanum jejunium celebrare cum silentio. Quod cum fieret, ipsa quoque cum optimatibus suis pariterque cum clero inhiante persistens, indesinenter per illud triduum excubiæ celebratæ sunt. Dum hæc igitur agerentur, ipsa venerabilis regina nimis intolerabiliter lugens, nullo genere a fletu cohibere se poterat; denique cum ex nimio dolore absentiam sancti viri ferre non posset, tandem ut desiderio suo satisfaceret, revelata ejus facie in lugubre osculum ruens, cœpit manus pectusque lambere, ac genas copioso lacrymarum imbre perfundere: et ecce repente dum sanctum corpus exosculans palparet, miraculum non silendum illico contigit. Nam cum esset hiemis tempus, et corpus jam dudum mortuum decumberet gelidum, fortuito unda sanguinis ex naribus jacentis profluens, cœpit ubertim genas sancti rigare, quod videlicet conspicientes episcopi et regina Christianissima, confestim suppositis hinc inde a bilicis linteis summa cum diligentia quotusque sponte decurrit, sanguinem collegerunt, ac pro magno munere servandum deinceps in pignoribus segregarunt.

Interea, ut prædictum est, jejunio expleto, satagebat omnimodis regina ut quoquo modo corpus sancti viri in Cala monasterium suum transferret; e contra alia pars conabatur eum Parisius civitatem deferre; utrisque tamen obsistebant cives Noviomagenses, justissimam sibi hæreditatem membra sui antisitibus vindicantes. Hoc igitur modo erat inter eos altercatio, pia vicissim devotione pro sancta rapina decertantes, quinam justius ejus mereretur reliquias ac sepulturam possidere: sed cum episcopi et præstantiores quippe qui aderant, partibus reginæ faverent, atque ad ejus eum monasterium ferendum decernerent, orta est ingens vociferatio et tumultus magnus ab universa plebe Noviomagense. Tunc regina prudentiori consilio utens, et judicio Dei omnipotentis causam committens, ait: Seponantur jam ambages verborum, et si est Domini voluntas aut sancti hujus, ut illuc eat quo ego cupio, sine ulla jam dilatione levetur, sin vero alias, modo probabimus. Post hæc verba cum accessissent ad feretrum, et tentarent eum lavare, tanto pondere de-

A pressum senserunt, ut nec movere quidem a loco illum possent; deinde alii atque alii vicissim sibi succedentes nihil uspiam prævalere potuerunt; postremo omnium regina accedens, ipsaque per se probare volens, ulnis exertis ac rebrachiatis cœpit pulsare vel unum feretri cornu valeret movere, cumque totis viribus nitens inhiante pugnaret, et quasi montem inanem pulsaret, nihil prorsus proficere potuit: tunc ergo conversa ad optimates, ait: Ecce jam liquide cognoscimus non esse voluntatis ejus, ut eum alibi seramus, concedamus igitur huic plebi vel inviti, quod hactenus nolimus voluntarii. Placuit autem hoc consilium cunctis, et decreverunt eum omnes uno ore in eodem oppido sepeliri. Itaque post hanc definitionem cum rursus feretrum sublevare tentarent, tanta mox celeritate levigatum sublevatumque est, ut facile jam a duobus portaretur, qui ante horam nec a pluribus movebatur: quod miraculum cives cum regina cernentes, gloriam Domini magnificabant, dicentes: Magna et mirabilia opera tua, Domine virtutum. Et, Mirabilis es Deus in sanctis tuis.

CAPUT XXXVII.

Pompa funeris ejus, et laus beatitudinis.

Deinde jam cum deferretur corpus ad sepulcrum, tota pene civitas ruit in obsequio funeris cum luctu; nam et regina devota, cum esset hiemis tempore palus immensa, nullatenus suaderi potuit, ut vehiculo uteretur equi, sed pedestri et gravi labore sequens feretrum per paludem lamenta continua cum omni sociabat familia. O quantus luctus omnium, quantus præcipue monachorum fletus et pauperum, qui eo die ibi confluerant, per plateas omnes perserepebant! Chori siquidem psallentium lacrymosas reddebant voces, cantus et agmina flentium lagabres reboabant in aere fletus; omnem populum urbem quatiebat gemitibus, celsumque culmen olympi implebatur plangoribus, accentus antiphonarum concrepabat in choro, et luctus Noviomagensium resonabat in cœlo, funereos cantus omnes reddebant tramites, ululatus dirus cunctas compleverat ædes, ejulans populositas omnis se fuderat per orbitas, flebilibusque vagas implebant vocibus auras. Tali pompa vallatus eminebat pastor extinctus; tali constipatum caterva corpus ferebatur ad tumbam. Hinc præterea chori præcedebant canentium, illinc agmina plebium continuabant ejulatum: patrem so et nutricium perdere omnes clamabant, et inter quatientes-singultus vix hæc verba promebant: Cui, pastor bone, servandam committis plebem, vel cui pro caulis gregis tradis curam pastoris? O Eligi, dulcedo tu pauperum, fortitudo debilium, tu protector et impar egentium consolator. Quis jam post te eleemosynam sicut tu dabit largam; vel quis nostri erit protector sicut tu, bone pastor? Quis tecum pariter interire nobis tribuat hodie, essetque mors dulcior quam tua præsentia carere? Hujusmodi ergo, cum properant ad sepulcrum, omnes simul

^a *Billeis linteis. Billeis*, ait Acherius, id est, sigillo aliquo impressis aut damasceno opere signatis.

confusas voces dabant ad cœlos, nec erat facile inter geminos insularum vocum accentus cantum an setum, clerum psallentem; an plebem discernere ululantem. Quis enim in illo die, quamvis sine visceribus esset, cum pauperum lamenta audiret, non statim in fletus prorumperet? Aut quis ita immisericors plebem omnem vociferantem cerneret, et non illico in rugitus se converteret? Quis autem ita ferreum possideret pectus vel stolidum, ut cum reginam cum principibus desinentem intueretur, non protinus in lamenta se subderet? Quis vero etiam nunc siccis oculis recordari poterit, cum perventum est corpus ad locum sepulcri, quo ardoris desiderio, quo amoris affectu, quo doloris impulsu tenebatur? Arcobatur, retrahebatur feretrum a populo retrorsum, ut vel uno momento adhuc superesset corpus in propatulo, quo vel sic utcumque suo satisfacerent desiderio: siquidem studiosæ tardabant omnes, moras insipientes ne clauderetur sepultura, quia nimirum non poterant ejus ferre absentiam.

Post tandem ergo vix populis præreptus, atque, ut ita dixerim, fortiter a fortioribus raptus, ab episcopo qui aderant sepulcro est mancipatus, ubi satis lætine saxo opertus sub magnis jam servatus honoribus, hincque vallatus tumba surrecturus jacet in gloria. Sic demum venerabilis regina cum plebe valde defessa humatis præsulis membris adorans, revertitur ad propria jejuna, et prohibente luctu eam sumere cibum, sic triduanum in fletu explevit morosum jejunium.

Comparetur itaque si placet hujus beati viri, non dicam funeri, sed potius triumpho, inanis gloria secuti; conferatur si potest virorum divitum pompa huic peregrino defuncto æquanda: illos enim viventes in misera confusis plausibus populorum honorati insanis; Eligium exutum mundi ærumna cum tenuis enticolæ laudibus ad desiderata perferunt reges; et illi præ sæculi pompam in tartara dira tradunt: Eligius post mundi adversa sinu lætus patriarcharum excipitur; illi divitiarum mole oppressi facti præcipitantur in gehennam: Eligius eleemosynis sublimatus cum beatis resurgit in gloria; illi penam mortis funestis pro meritis solvunt in inferis: Eligius pro beatis vernat meritis in sinu Abrahæ sine metu jam felix; illi postremo in profundum barathri lugent miseri cum damnatis: Eligius meus perpetim laureatus sorto perenni exultat Elysiis in campis cum exactis a sæculo sanctis. Gratias tibi inter hæc et propter hæc, Deus noster fidelissime retributor, quoniam reddidisti ei magna pro parvis, et requiescere eum fecisti inter amonitatem sempiternam, et vivens paradisi tui delicias, qui ad hoc forsitan raptus a nobis est, *Ne malitia mutaret intellectum ejus* (Sap. iv, 11); et sicut de perfecto quodam scriptum est: *Vivens inter peccatores translatus est, quia placidus erat Deo anima illius* (Ibid., 10-14). De talibus quippe per Salomonem dicitur: *Justus de angustia liberatus est* (Prov. xi, 7). Hinc et Jereias ait: *Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus: et erit quasi lignum quod*

A transplantatur super aquas (Jerem. xvii, 7, 8). Hinc Psalmista dicit: *In lege Domini fuit voluntas ejus: et erit quasi lignum quod plantatum est secus decursus aquarum* (Psal. i, 3): De hujusmodi viris per Malachiam prophetam Dominus dicit: *In pace et in æquitate ambulavit mecum; et multos avertit ab iniquitate* (Malach. ii, 6). Hinc per Isaiam loquitur dicens: *Ego vocavi eum, et benedixi ei, et directa est via ejus* (Isa. xlviii, 15). Hinc per eundem prophetam pollicetur dicens: *Ecce servi mei comedent; vos autem, id est reprobi, esurietis. Ecce servi mei bibent; vos autem sitietis: ecce servi mei lætabuntur; vos confundemini: ecce servi mei exultabunt in gaudio; vos autem clamabitis ob dolorem cordis, et propter contritionem spiritus ululabitis* (Isa. lxxv, 13, 14). Hinc quoque in libro Ecclesiastico dicitur: *Timentem Deum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur* (Eccli. i, 13). Hinc et alias scriptam est: *Bonorum laborum ejus gloriosus erit fructus, et in perpetuum coronatus triumphat* (Sap. iii, 15). Hæc nos de obitu vel super obitum sancti viri narrasse sufficiat. Cæterum ne legentibus ingererem fastidium, eo quod prolixè jam extenditur oratio, dignum fore judicaveram, ut ejus terminante vita, noster quoque terminaretur sermo, nisi multimoda miracula, quæ ad sacratissimum corpus ejus assidue Dominus operatur, me denuo ad loquendum impellerent: plurima ergo pro legentium opportunitate præteriens, pauca in calce sua præsens liber ostendat.

CAPUT XXXVIII.

De virtutibus quibus post obitum claruit.

Postquam vir beatus de sæculo migravit, cum corpus ejus delatum esset ad sepulturam, remansit fortuito in loco quo jacuerat rachina cæprina ex episcopo valde optima, quæ nimirum in besilio fuerat pridie supposita feretro, quam illico cunctis discedentibus diaconus quidam Uffo nomine, Suevus quoque natione, cupiditatis stimulis exagitatus clancule rapuit, atque in lectum sibimet sub stramine abscondit. Igitur corpore ex more tradito sepulturæ, cum ministri exsequiarum redissent, atque ablata recognovissent, vehementer mox contriti ceperunt eandem in diversa perquirere; cumque diu discurrentes, et huc illucque investigantes, nullum rei perdere caperent indicium, orta est inter ministros non modica ob hoc turbatio; sed cum nox jam instaret, somnique tempus advenisset, cunctis alto sopore quiescentibus ex more, apparet vir sanctus in visione abbati cuidam, Sparvo nomine, eumque ut solebat blando compellens alloquio, indicat quo in loco furtum celaretur absconditum. Cum ergo lux die crastina terris esset jam reddita, adhibitis secum prædictus Sparvus duobus creditis fratribus, ordinem visionis exponit eis, deinde ad locum designatum pariter eos pergere hortans, ipse pro proditore prior cunctis accedit: eumque diligenter scrutati essent locum, statim ut vir beatus indicaverat repererunt et fartum: mox autem accersito diacono durissimis eum verbis increpaverunt, non tamen

acerbiter verberibus vindicarent, quia et hoc idem a sancto Eligio in mandatis acceperunt. Ex quo facto coeperunt omnes sanctum antistitem ex ipso die obitus ejus magnopere pertimescere, ac venerationem ei debitam de die in diem jugiter exhibere.

CAPUT XXXIX.

Ut cuidam cellano apparens miraculum declaravit.

Post hæc autem erat quidam cellanus, homo Dei, simplex et rectus, nomine Dulciolenus, in loco quodam non longe ab urbe Parisiaca commanens, quem beatus Eligius dum superstes in corpore esset, cum se opportunitas præbuisset, frequenter visitare consueverat, eique magnam consolationem in quibuscunque indignisset, præbere solitus erat. Postquam ergo vir beatus de mundo migravit, triginta fere aut nec amplius fluxerant dies, cum subito eidem in visione nocturna apparens, cœpit ab eo inquirere quemadmodum isdem degeret, quoque præsidio eo aleretur in tempore; at ille supplices manus indaganti prætendens: Bene, inquit, hactenus orationibus tuis consisto. Et putans eum visibiliter secum loqui, atque ex hoc amplius aliquid præsumens, ait: Est mihi modicum falerni in vase ex ea quam per te Dominus dedit vinea, si jubes, domine mi, probeamus ex hoc: cumque ei calicem visus esset offerre porrecto mox vir sanctus manu benedixit illico poculum, jussitque statim eundem refundere in eo quo exemptum fuerat, vasculo; quod cum factum fuisset, confestim et visio dicto citius ablata est. Expergefactus autem presbyter, consternatusque demum surrexit diluculo, et ex visione sollicitus introvit mox cubiculum ubi parum pridie reliquerat bacchi: cumque vascula sua sigillatim sollicite consideraret, reperit fortuito tunnam ubi paucillum habuerat antea, usque ad os tunc vino exundante repletam: ex quo facto in admiratione conversus, facile potuit advertere quantum benedictio valeret quam Eligius sanctus per ænigmata etiam promeret.

CAPUT XL.

Ut cuidam in palatio visus reginam commonere præcepit.

Illud etiam annectendum credidi, quod nuperrime post obitum suum apparuit vir beatus in visione noctis cuidam personæ in aula regis habitanti, cui in habitu præfulgido assistens præcepit, ut sine aliquo cumctamine adiens reginam Bathildem, commonere eam deberet, quo insignia auri gemmarumque ornamenta, quibus adhuc in cultu utebatur, ob Christi jam reverentiam deponere non gravaretur. Quod cum is cui jussum erat negligenter silendo præterisset, apparuit nihilominus et nocte secunda, atque eadem quæ pridie eadem serie commonuit: sed cum nec tunc quidem præsumpsisset ex visione reginæ quidquam indicare, tertia nihilominus vice cum magna apparens comminatione, eadem quæ prius mandaverat ingeminando, subjunxit, camque nec si quidquam reginæ auderet indicare, emissa subito corpori febre cœpit vehementer angere; quem cum regina ægrotantem visitaret, causas ægrotudinis sciscitari

A studuit. Tunc ager opportunitate inventa, secreta cordis detexit, mandata reginæ indicavit, atque omnem ei tenorem visionis exposuit. Nec mora, et post rerum narrationem discedente extemplo febre, sanitatem pristinam recepit. Regina vero non ambigua de confessoris admonitione, omnia a se confestim ornamenta rejecit, nec præter brachiales aureos super se quidquam ornamentorum reservavit. Omnia itaque in eleemosynis dispersit, potiora quæque in crucis opere aptavit; quam nimirum eleganter perficiens ad caput sancti Eligii stabiliri præcepit. Junxit præterea et crepam ex auro atque argento mirifice fabricare, quam supra confessoris membra deponere de' eret: in quo opere copiosam molem argenti et auri ipsa præbuit, dicens: Hic beatissimus multorum sanctorum fabricavit sepulchra, et ego, ut dignum est, si quivero, fabricabo ejus memoriam. Factumque est ita, et cum stabilita in locum tumuli fuisset, tanta deinceps copia auri vel gemmarum in sibilis ac diversis speciebus a potentibus eodem loco collata est, ut eam sermo narrantis vix sufficiat exponere.

CAPUT XLI.

De sepulchro ejus sudante.

His ita gestis, mos erat ut diebus Quadragesimæ propter fulgorem auri vel nitorem gemmarum operiretur tumba velamine linteo urbane ornato holoserico. Igitur ingrediente Quadragesima præcinxerunt crepam hujusmodi sindone, ut moles radiantis metalli velata tegetetur diebus penitentis. Et post aliquot dies fortuito, dum multi astarent sepulchro, miraculum apparuit inauditum: cœpit namque subito linteum quo tumba cingebatur sudare, ac deinde paulatimque fumigans uberius rore infuso humectari; quod cum circumstantes conspicerent, in magno protinus stupore conversi, magnalia Christi ibi fatebantur tollerari. Deinde cum distillare cernerent linteum, vinum est senioribus consilium optimum, ut auferentes eum e tumulo, atque extorquentes in vasculo, aliqua ex eodem liquore procuraretur medicina fore; quod e factum est, et mox tollentes præcinctorium elevarunt in vase aereo, atque ex hoc demum multis præbuerunt sanitatis antidotum: tanta quippe fuit sanctorum illius ubertas, ut etiam holosericum urbane tunc tinctum ex nimia roris infusione proprium amitteret colorem, linteumque sibi connexum colore inficeret suo. Itaque simile huic operi Gedeonis factum invenio; ibi etenim ros in vellere ex divina præstantia ad iudicium rogantis infusus est; hic nihilominus infusio divinæ virtutis ad sanitatis remedium collata est; illic concha vellere expresso rore completur; hic nimirum linteum in concha expressum, ad duorum fere sextariorum mensuram liquor sanctus elicatur.

CAPUT XLII.

De medicina ex liquore prævisa.

Denique eo tempore vastabat morbus acerrimus nonnullas civitates Franciæ, unde divinitus prædicti liquoris fomitem præstitum credimus esse, adeo et si quis tunc ingruente morbo mortis pateretur perice-

tum, si prædictam attingere potuisset medicinam, A
 mox omni malo depulso, sanus redderetur a morbo.
 Erat autem ea tempestate comes quidam urbis Ti-
 rovidensis nomine Ingomarus, prædives valde et
 potens homo, qui nimium metuens vastantem cir-
 cumquaque pestem, necnon et audiens miraculum
 rei gestæ, totum se ex corde intimo ad sancti Eligii
 contulit præsidium; denique multa ex fide postulat
 sibi ex præfato dari liquore, spondens atque devo-
 vens ut si iisdem antistes apud Dominum obtineret
 quod ejus prædia discurrens morbus non penetraret,
 decimam rerum suarum ex die præsentis villamque
 quam habebat majorem ejus ecclesiæ delegaret.
 Adiens igitur prædia sua, omnes eorum habitatores
 cum voto et devotione fecit ex illo salutari liquore
 contingere; ac sic factum est, ut cum undique provin-
 diam morbus vallaret, nullus eorum qui ad eum per-
 tinebant pestis tunc incommodum senserit. Post hæc
 autem prædictus vir exultans valde de suorum sospi-
 tate subjectorum, decimam ex omnibus partem se-
 gregavit, atque ecclesiæ sancti Eligii cum voto ut
 sponderat gratulationis contulit: porro tanta fuit
 copia decimæ, ut decima accolarum pars centum
 animæ ad partem beati Eligii sorte devenirent; in-
 super adhuc et pecora multa nimis.

CAPUT XLIII.

Quidam viivitor super ejus morte exultans percussus est.

Dum adhuc beatus Eligius superstes in corpore
 esset, quidam ecclesiæ ejus cultor negligens vineæ
 frequenter a sancto viro pro ignavia vel segnitia sua
 verbis corripiebatur; nam et multimodis emendare
 cum cupiens, minas ei verborum nonnunquam inten-
 tavit; sed cum vir beatus migrasset ad Dominum,
 ille et pote insolens et stultus veniens die quadam ad
 ejus tumbam, cum cachinno exprobrationis elato
 dixisse illico fertur: Ecce qui minas mihi verborum
 pollicebaris, tu jam mortuus jaces; sed ego quidem
 adhuc consisto vivens: Post quæ verba visum ei fuit
 autem repente sanctum Eligium manu virgam ge-
 stantem, et percussisse caput ejus, atque dixisse:
 Agnosce, serve nequam, quoniam non sum mortuus
 et tu gloriaris, sed veraciter nunc vivo ereptus e
 terra. His dictis continuo ex percutientis verberibus
 caput caput hominis intumescere, cunctique artus
 ipsius vehementer aggravari; exinde jam dolore
 magis ingravescente cepit utraque manu caput tenens
 lætas magnis per urbem vocibus inelamare, ac
 per omnes plateas civitatis ea quæ sibi contigerant
 larymbabili voce proferre. Concurrerant autem plu-
 rimi cives ad hoc spectaculum stupentes, et non-
 nulli eidem mederi cupientes nihil penitus præstare
 poterant juvaminis, sed e contrario quanto plus co-
 mabantur aliquid ei juvaminis præbere, tanto amplius
 dolor multiplicabatur in vulnere. Tandem ergo post
 immensam cruciatum ad memoriam confessoris redu-
 ctum, ibique a multis edoctus, culpæ suæ satisfaciens,
 vix post longum spatium recuperare potuit salutem.

CAPUT XLIV.

Quod vinceti rei contra ejus basilicam solvantur.

Sed quis sigillatim omnia mirabilia quæ illic Domi-
 nus Christus operatur assidue verbis valeat expli-
 care? si quis enim exigente causa quamcumque fue-
 rit ob culpam vincetus, vel catenatus, si contigerit ut
 per aggerem publicum, qui basilicæ ejus proximus
 est, ducatur astrictus, mox ut contra eandem eccle-
 siam ventum fuerit, confestim disruptis omnibus
 vinculis solvitur reus, nec patitur ul erius teneri
 astrictus. Ad quod declarandum unum tantum ex
 multis commemorabo.

CAPUT XLV.

De catena ante ejus sepulcrum rupta.

Itaque vir quidam sive ex causa, sive absque culpa
 ferreis quondam nexibus constrictus, cum ad suppli-
 cium duceretur, clancule de manibus persequentium
 elapsus, cursu concito ad Ecclesiam sancti Eligii
 confugit, quam ingressus cum ad tumbam ejus per-
 venisset, ibique trepidus astaret, repente disrupta
 catena qua premebatur, in partes utrinque cecidit:
 subsecuti autem illum mox proditores cum illic libe-
 rum astare conspicerent, nimio furore succensis rur-
 sum acceptam catenam in collo ac manibus ejus iu-
 jiciunt, conantes eum summopere foras ecclesiam
 trahere. Tunc vero reus tremens ac pallens, atque
 ad sepulcrum supplices oculos prætendens, ait: O
 sancte Eligi, placet tibi quod ad te confugientes non
 defendis? Ad hanc protinus vocem cum magno im-
 pulsu effracta catena longius ab eo prosiluit, eumque
 rursus liberum coram omnibus astare fecit. Ex quo
 facto perterriti omnes qui virum impetierant, pro-
 ruentes in terram, veniam au'aciæ suæ cum ingenti
 metu precabantur. Deinde jam omnibus inde rece-
 dentibus, solaque catena dissipata in testimonium
 remanente, cum aliquod horarum fluxisset spatium,
 supervenit episcopus ejusdem loci, et audiens de
 miraculo quod ibi tunc acciderat, visus est ad horam
 dubitasse, qui statim inde progrediens, cum ascen-
 disset equum pro illic advectus fuerat mansuetissi-
 mum, mox ab eo in terram projectus, gravissimis li-
 voribus est confectus. Et confestim culpam dubieta-
 tis episcopus reminiscens, palam coram omnibus
 confiteri est compulsus: sicque inde sublevatus, et
 salutem post dies plurimos adeptus, cautus deinceps
 in talibus est redditus. Et quia se occasio præbuit
 quod de hujusmodi conditione loqui deberem, dicam
 et aliud huic rei simillimum.

CAPUT XLVI.

De equo sancti.

Dum igitur adviveret vir beatus, habuerat equum
 unum inter cæteros mansuetissimum, cui cum ne-
 cessitas poposcisset plerumque sedere consueverat,
 post cujus videlicet discessum ad ditionem abbatis
 qui eidem basilicæ præerat idem equus pervenerat;
 super quem vir apostolus Mummolenus ejusdem loci
 episcopus inbianter sitiens, violenter eum prædicto
 abbati subripuit, suique juris vindicavit. Abbas vero
 nihil ei obtendere auctens, ad sanctum illico perrexit

Eligium, eique multa deplorans, causam hanc commendavit. Cum ergo prædictus equus ad ditionem episcopi fuisset perductus, cepit statim pedibus condolere, ac toto corpore marcescente tabescens decidere: tunc episcopus adhibito mulomedico, jussit ei studium impendere, quo scilicet sanari potuisset: sed quamvis ei cura sedule impenderetur, nihil prorsus proficere poterat: insuper etiam cum ad eum aliquis accessisset, veluti fera agrestis in fremitus et calces prosiliens, laniare curatorem suum nitebatur. Cumque hæc per dies plurimos faceret, nullatenus que melioraretur, tandem verens episcopus ne eum, si hoc in periculo permaneret, totum perderet, cuidam illum matronæ sibi dilectæ doni gratia obtulit, quem illa acceptum diligenti cura studium fecit. Cujus cum dorsum die quadam iter arripiens incedisset, statim calcibus et stridoribus immensus actus graviter eam in terram collisit, in tantum graviter, ut per totum fere annum eadem conquassatione laborans ægra decumberet: quæ nimirum femina cum se sentiret vehementer aggravari, remisit episcopo quem dedit equum, et cum eo pariter pro munere exacerbationem, ac pro gratiarum actione probra mandavit: quem episcopus receptum rursus diligere jussit, sed cuncta ejus diligentia in cassum consumebatur, et quantum plus cura adhibebatur, tantum semper idem in præjudicium delabebatur. Post hæc autem exstitit quidam presbyter religiosus, qui daret episcopo consilium, quatenus videret, cum nihil apud se posset equus proficere, redderet illum eidem abbati, cui dudum injuste ablatus fuisset; et cum secundum ejus consilium factum esset, post paucos dies sanus factus equus, ac mansuetissimus redditus, sub jure ejusdem abbatis permansit omni forma decorus.

CAPUT XLVII.

De miraculis in transmigratione corporis ejus ostensis.

His ita gestis, cum corpus beati Eligii in latere altaris esset sepultum, visum est episcopo et reginæ consilium optimum, ut ædificata ultra altare volutione, illic ei demum condignam facerent translationem. Cumque hujusmodi consilium mente conceptum illic accersissent, et qualiter id fieri deberet disponerent, apparuit subito in pariete circa vitream maximam veluti arcus in rotundo prærupta imminens scriptura, ut liquido cunctis patesceret Dei id nunc fieri quod disponerent, ac per eum locum maceriam debere evertere, quo nimirum viderent hoc opus cripturam præire. Hæc ergo cum magna admiratione universi cernentes, meritis antistitis voluntatem ex hoc fatebantur Salvatoris: deinde jam hac confidentia acti, cum conarentur parietem eo in loco forare ut prædictum opus possent perficere, ita sese sponte absque eorum labore in directum maceria fudit, ut nec hominem ullum nec ipsam denique tumbam, quæ ei erat contigua, ullatenus læderet corruentis ruina. Sic igitur cum antistitis præsidio opus aggredientes optatum, dignum beato confessori atque honorabile construxerunt mausolcum.

A Interea appropinquante die depositionis ejus annuali, parabant equidem eives quemadmodum ei honorificam facerent translationem. Præparabat etiam regina vestimenta omnia holoserica nimum pretiosa, ut eum in die transmigrationis exeret illa quæ dudum cum eo miserat indumenta, et indueret ea quæ tunc præparabat nova. Igitur cum anno jam vertente dies depositionis ejus advenisset, convenit in oppidum copiosa populi multitudo, tunc cuncto clero canore vocis celebrante melodiam, omnibusque Christianis insistentibus excubiis, ablata est cum diligentia tumba desuper confessoris membra: deinde cum esset levatum tumuli operitorium, magnum circumstantibus visum est miraculum; nam ubi revelatum fuerat corpus sanctum, odor continuo fragrans gratissimus; quodque ita erat solidum et illibatam, absque ullius membrorum diminutione incorruptam, ut vivere adhuc putaretur in tumulo; et quod his adhuc est venerabilius, ita barba et capilli ejus qui tempore obitus sui juxta morem fuerant abraasi, mirum in modum creverant in tumulo, ut cuncti hæc videntes novum inauditumque obstupescerent rei genus miraculum. Tunc episcopi cum tremore magno levantes eum de tumulo, vestimenta ei pretiosissima quæ regina paraverat, mutaverunt omnia, ea quoque quibus dudum obiectus fuerat eundem exuentes, cum magna diligentia deposuerunt sub sigillis: ac sic demum concrepante hinc inde choro psallentium, cymbalisque spiritualibus perstreperantium, sacra organa suavique modulatione concinentibus, a loco quo jacuerat vir sanctus tunc coram cunctis submissus, cum summo et honorifico studio deponitur, atque in præparato sibi sepulcro urbano et decenti, componitur æternæ memoriæ servandus, ampliusque quotidie honorificandus. Sed quibus post hæc miraculorum effulserit signis, nunc si aurem sollicitè accommodatis, opportunius audire potestis.

CAPUT XLVIII.

De cæcis, et puella sanata.

Duo namque cæci, unus juvenili ævo, alter jam provecæ ætatis, aliquot illic diebus excubantes, intercedente confessore Christi illuminati, sanique ad propria sunt reversi. Puella quædam in annis adhuc tenera, et contracta diu, ibi oleo quod superfunditur peruncta, orante confessore Domini sana est facta. Alius itidem vir bino capitis luminari privatus, cum illic diu excubaret devotus, lumine tandem recepto, sanus demum ad locum suum discessit. Sed ne dum aliis tantopere sermone succincto festinamus placere, alios pro ipsa perplexitate rerum videamur offendere, aliquid interim latius propagandum est, ne videamus quicquam veritati subtrahere.

CAPUT XLIX.

De miraculo in cecindillo ostense.

Inter cætera quoque quæ illic ex divina gratia inoperabantur miracula, cecindillus qui ad caput beati viri dependebat cum die quadam pone construet semivacuus, repente subita inundatione repletus,

que ex semetipso divinitus lumine gignente accensus, plerumque deinceps et ardet et superfunditur. Denique audito quale Dominus per eandem cecindillum pro meritis tanti viri ostenderit miraculum. Dum adhuc vir beatus in corpore degeret, quidam comes Vermandensis, Garifredus nomine, habuit adversus eum scrupulum quoddam, quod nimirum piaculum cum beatus Eligius migrasset de corpore, multum adhuc remansit apud hominem: post longum vero intervallum negligenter oblitus piaculum, venit tandem adorare ad sancti sepulcrum: cumque tunc ex more ad confessoris caput cecindillus arderet, ille ingrediente ecclesie limen confestim extinctum est candelabri lumen: quod cum ille illico animadvertisset, tremens pallensque oravit, post orationem vero cum egressus fuisset ecclesiam, statim reddito divinitus lumine cecindillus solitum profudit fulgorem. Itaque cum predictus vir paratus esset jam equum ascendere, quidam ex famulis ejus, qui posterior basilicam fuerat egressus, rem ex ordine narravit sicut gestam constabat: quod cum ille audisset, tristis admodum effectus arcana sue conscientie cepit discutere, quod esset facinus pro quo istud portentum esset ostensum: et cum culpam suam deprehendisset, reminiscens quae aliquando in sanctum virum admiserat, confestim revertens retrorsum fores basilicæ adiit, sed ubi primum gradum in pavimento impressit, mox lumine subtracto iterum cecindillus visus est dependere extinctus. Tunc ille palmam id cernens, jam nimio timore perterritus, prosternit se cum lamento et ingenti rugitu coram sancti sepulcro; ac sic diutissimæ culpæ suæ satisfaciens, cepit apertis fletibus se reum, se indignum, seque infelicem accusare, ob cujus videlicet noxam in loco sancto candelabrum extinctum dependeret. Cumque diu flens atque ejulans eo in loco persisteret, seque illic mori, nisi lux missa rediret, voce publica proclamaret, tandem satisfactione ejus suscepta lux candelabri ablata denuo rediit divinitus amissa. Tunc ille quantumcumque recreatus, jussit continuo famulum vas sibi pretiosum cito deferre argenteum, quod acceptum veluti pacis obsideri Christi confessori obtulit, ac juxta ejus tumulum depositus promittens insuper nonnulla ex suis facultatibus eidem basilicæ collaturum, tantum ut culpa in sancto viro admissa haberet jamjamque terminum: sic demum adorans et glorificans potentiam Salvatoris, lumine cecindilli micante, ex eodem laetis loco discessit.

CAPUT L.

De puero contracto sanato.

Illud omnino prætereundum non est quod juvenis quidam ex transmarinis partibus adductus, genere Saxonico ortus, ha diabolica tyrannide fuerat cunctis membris astrictus, ut ejus calcanea in partes narum tenerentur hæsit; qui cum Noviomio ad opinionem sancti Eligii esset deportatus, atque ante ejus tumulum fuisset projectus, post breve intervallum, confessore Domini orante, et æterna pietate

largiente, reddidit soliditatem in universis membris Christus, quæ occasione inventa damnaverat invictus inimicus: quique mox sanus effectus est, atque ita bases ejus et plantæ consolidatæ sunt, ut nullum deinceps vestigium claudicationis in cunctis ejus remaneret membris.

CAPUT LI.

De femina muta et cæca sanata.

Mirandis rebus plus adhuc mirandæ succedunt. Quædam namque femina muta et cæca ad sepulcrum sancti Eligii fuit quondam oblata; quæ cum diu ibidem orbata et sine loquela de cælo exspectaret medellam, sopore tandem depressa, somno sua concessit membra; et ecce repente dum quiesceret visum est astitisse sanctum Eligium, atque oculos ejusdem mulcendo tetigisse, cui tellum etiam vel forcipem in specie medici manu gestans compedes linguæ ejus leuiter abscidisse; et ex hoc continuo expergefacta, oculis jam apertis, cepit novam contuere lucam, ac per os excreare cruorem, quo affluenter egesto, protinus elimatum formavit ejus lingua verbum: et post hoc jam sana facta, exurgens et adorans regressa est ad propriam villam.

CAPUT LII.

De alia puella similiter muta ab eo sanata.

Item alia puella ætate tenera et muta, delata est illic a matre propria; quam ecclesie custodes ante sepulcrum sancti statuentes, corde tantummodo postulare docuerunt præsidium confessoris. Cumque diu ibidem excubaret muta, mater nimirum anxia ita alloquitur in aurem filie: *Observa, inquit, istic, filia, quousque a sancto miseratio adveniat; ego interim sollicita ad domum nostram regrediar. His dictis, cum cœpisset mulier ostio proximare, videt subito puella portentum quoddam per cecindillum ad se deflueret, et nimirum ex hoc consternata, confestim disruptis linguæ vinculis emisit vocem, et ait: Ecce tu mater vadis, et me hic solam relinquis. Quo verbo mater ejus audito, velociter ad eam rediens cepit flere præ gaudio; deinde avidius adhuc compellans filiam, ut pote quæ nimirum desideraret sermonem ab ea percipere, in omnibus quæ sciscitata est planum atque absolutissimum ab ea responsum accepit. Super quo omnes qui aderant mirati sunt, ob tantam videlicet velocitatem sanitatis istius, et videntes puellam loqui, magnificabant potentiam Christi, et merita confessoris Eligii: Inter cætera vero neque illud puto silendum quod tempore mortalitatis Parisius didici gestum.*

CAPUT LIII.

De clade Parisius, et vocatione Aureæ abbatissæ.

Factum est igitur cum nefanda clades depopularetur urbem Parisiacam, et nonnullæ jam virgines ex monasterio sancti viri, ubi Aurea nomine præerat abbatissa, ad Dominum præcessissent, apparuit quadam die beatus Eligius cuidam adolescenti in basilica, puellarum veste candida amictus, togarum velamine comptus: cumque is quia aderat nimio pavore perterri-

tus latibulum quæreret, blande cum leniterque compellens vir beatus, præcepit ut iens cito diceret matri virginum quod ad se quantocius cum deputatis properaret virginibus. Currens autem is qui audierat, et citius Auream præveniens: Surge, inquit, velociter, quia dominus Eligius in ecclesiam te vocat. Quod cum illa audisset, gaudio magno repleta sine mora properavit; sed tamen cum venisset, visio beati viri jam abolita erat; ecclesia vero ad firmitatis indicium quod illic esset visus nebula quadam repleta monstrabatur, in tantum ut candelabra quoque et vela subita roris inundantia distillare viderentur. Tunc ergo prædicta Aurea in sese reversa, intellexit se ex hoc mundo vocari; et protinus convolvans omnes sorores, cœpit valedicere singulis, sequestrans ex eis nonnullas quæ eam comitarentur inter cæteras: deinde jam ipsa migrante ad Dominum, et reliquæ nihilominus subsecutæ sunt demum, adeo ut ea tempestate ex eodem monasterio usque ad numerum centum sexaginta monachæ morentur.

CAPUT LIV.

De portento Garifredo præostenso.

Audite jam et aliud quod ad sacratissimum Eligii corpus gestum est miraculum: quidam etenim vir illustris Garifredus Grassio, veniens ad basilicam sancti antistitis, cum oratione facta pro foribus astaret, pauperum illic turbam clamantem audit; cumque minime ad præsens haberet unde eis elemosinam tribuere posset, misericordia erga eos motus cœpit volvere mœstes: Numquid, ait, o miseri, talem habetis consolatorem qualem hunc beatum habuistis antistitem? o qualis ei poterat causa obsistere, quæ eum a vestra miseratione unquam præpediret, quo vos obturata transiret aure, sicuti nunc multi faciunt, et ego miser: et cum hujusmodi adversum se uideretur increpationibus, visum ei fuit veluti in extasi assistisse sibi in momento sanctum virum; ex qua visione consternatus, cum amens pene astaret, subito reperit in manu vel veste sua aurum quod pauperibus erogari deberet, quod et protinus factum est; et ille multa secum ex eo quod acciderat cogitans, exiit ab ecclesia et discessit.

CAPUT LV.

De puero Ebroini filio sanato.

Illud quoque non nos effugiat quod vir illustris Ebroinus, palatii præpositus (quod vulgo dicitur major-domus), habebat filium adolescentem, vocabulo Bobonem, quem ipse ac conjux ejus unice ac singulariter, ut pote chari parentes, diligebant. Quodam itaque tempore morbo medullitus ingruente, cœpit isdem puer vesano ægrotare languore, pro quo parentes nimis solliciti, erant positi in angustia gravi; dehinc invalescente paulatim ægritudine, cœpit jam puer vehementer angi, et morte jamjamque imminente cum vivendi spes penitus auferretur, nimis anxii parentes pro filio ad sanctum confuginnt Eligium, confidentesque de miraculis tanti antistitis, puerum illico devovent ei supplices, atque pro mu-

neris gratia pueri nonnulla offerunt ornamenta balteumque ejus speciosissimum protinus cum devotione sepulcro infligunt: quo facto confestim sine mora intercedente confessore ægritudo abcessit, et ad præsens convalescens puer sanitatem illico recepit, ac deinceps incolumis mansit.

CAPUT LVI.

De viro perjuro cujus viscera diffusa sunt.

Solet etenim pertinax cervicositas populorum, ut aliqua sibi objecta crimina sacramentis expiari contendant: unde factum est ut vir quidam, facinore quodam admisso, cum arctius ob id perurgeretur, fallaci audacia præventus ad sepulcrum beati Eligii id se jurando spondet idoneum reddere. Cumque ille adductus male sibi conscius juramentum explesset, confestim justissime divina ultione percussus, crepuit illico venter ejus, et diffusa mox in terram viscera ejus; sic miserabilis ille ad terrorem multorum indignam vitam digna morte finivit.

CAPUT LVII.

De interitu viri qui agrum basilicæ invasit.

Quis vero possit et illud silentio præterire quod vir quidam agrum in loco nuncupato Calvoestate, ad basilicam sancti Eligii pertinentem, rapaci iradens cupiditate, divina sit interemptus ultione? Ille namque cum malo ordine prædictum prædium snitiretur ditioni vindicare, ei obsistebat vehementer Sparvus abbas ejusdem ecclesie; qui cum diu ab eo incursaretur, tandem causa in palatio regis perita, accepit a principe judicium, ut si posset in sancto loco terram conjurare, ad partem utique ecclesie vindicaret; sed ille maluit ut idem pertinax vir qui eam invadere quærebat jurejurando asseveraret suam. Et cum judicatum esset ut præfatus vir cum plurimis secundum Francorum legem sacramentum persolveret et hoc ipsu indulgens abbas: Novi, inquit, quod male eam invasit, idcirco rogo ut cunctis juratoribus indultis ipse singularis, si Deo placet jurando eam vindicet. Cumque hæc dixisset, placuit verbum istud cunctis optimatibus regis, et decreverunt omnes ita fieri. Post hæc ergo pergentes ad ecclesiam beati Eligii, et ingressi ad locum sepulcri, præstolabantur omnes eventum rei. Tunc memoratus vir leve reputans negotium, cum importuna audacia posuisset juraturus manum super sanctum locum, in medio fere sacramenti verbo contremiscens, vehementer toto corpore declinavit retrorsum super cervices caput, et mox divaricatis dentibus, reverberatisque oculis, cadente, ut dictum est, deorsum capite, magnoque ex ore fumo procedente, hunc solum proferre potuit sermonem: Abba, inquit, Sparve, recipe terram tuam. Hoc ergo modo divinitus percussus, atque illico in terram prostratus, mortem quam non timuit fortuito præventus miser incurrit. Ex quo factum omnes ingenti metu percussis, potentiam illic, sicut et ubique præsentem fatcebantur adesse Christi.

CAPUT LVIII.

Item de alio perjurate mortuo.

Sed et de alio nihilominus auditu solo comperimus, quod cum ibidem perjurasset, atque demum ad domum suam veluti victor rediret, priusquam domus suæ vestibulum introisset, in via mortuum fuisse : ex quo nimirum postmodum tantus pavor crevit in populo, ut nullus jam hodie etiam pro justissima causa introrsus ad sepulcrum persolvere audeat juramentum ; sed quicumque habet sacramentum donare, foris ad circulum januæ idipsum cum magno tremore persolvit.

CAPUT LIX.

De homine rabioso sanato.

Sed neque illud silendum est quod inter plurimos languidos, qui illic undique confluunt, quidam vir, afflatus pessimo dæmone, adductus Noviomio ab urbe Ambianense. Hic nempe, maligno sæviēte spiritu, infestissimam rabiem patiens, non catenam, non compedes, non claustra ostiorum integra patiebatur ; ejus videlicet ferocitatem nullus sufferre poterat ; nam et aliorum nasos, aliorum aures si contingere quivisset, mordicus amputabat ; egestionem etiam ruderum, necnon et canum si comprehendisset avidissime edebat : unde et jugiter nexibus miser ponderosis astrictus sub custodia habebatur. Hunc ergo cum diu parentes ad memoriam sancti Eligii desiderarent perducere, non eis occurrebat ingenium qualiter id facere possent, quoniam si cum catena permitterent, in ipsos utique qui eundem ducerent irruens, male eosdem laniaret. Tandem igitur ingenio reperto, aptaverunt ex fustibus quoddam tolocium, ea scilicet ratione ut si ad præcedentem se mittere tentaret, posterior eum retrorsum attraheret ; e contra si posteriore appeteret, prior nihilominus retrahens teneret. Cumque hujusmodi argumento catenis et tolociis oneratus, a viris septem in diversis nitentibus quasi ferocissimus taurus ad ecclesiam esset perductus, protinus ad sepulcrum sancti Eligii est delatus ; ubi vix stabilitus, demum non post longum spatium confessore orante, et Christi gratia largiente, meruit recipere sanitatem ; quo etiam in loco valde jam devotus, clericus postmodum factus, multo tempore deservivit.

CAPUT LX.

De muliere a pustula sanata.

Bodoleans quidam centenarius, oppidi Noviomagensis colonus, habebat uxorem bonam, honestam valde atque devotam, quæ quodam tempore dum quietam ageret vitam, nefanda pustula nequiter est percussa, quo tabo iucrescente jacebat tumida toto corpore, et paulatim plaga adolescente, sola jam sepultura maritum reddebat sollicitum. Uno itaque mane cum abbas basilicæ beati Eligii tenderet ad orationem, obvius ei factus flens et ejulans mulieris maritus, mortem conjugis suæ indicat, sepulturamque ei in basilicam suppliciter postulat. Cumque ab eo utrum veraciter esset mortua interrogaretur :

A Unum, inquit, constat utrum sit factum an mox futurum, cum jam muta et toto corpore decumbat præmortua. Tunc ille festine valde ad confessoris sepulcrum contendit, et sumens ex eo qui ibi funditur olei liquore, ad domum funeris cito accedit ; dicebat enim hoc sibi in nocturna visione a sancto Eligio præceptum fuisse, ut allato olei liquore sanaret ab incommodo mulierem. Ingressus ergo domum, vidit corpus inter lamenta affinium jacere tumidum et gelidum, et ocius accedens confidenter ex visione sancti, perunxit oleo quod detulerat corpus, et ait : Hæc mandat sanctus Eligius, ut in virtute nominis Christi exurgas modo sana ab hac peste. Et confestim oleo sancto viscera ejus penetrante, cœpit palpebras oculorum commovere, ac veluti ex gratissimo somno evigilans suspirare : deinde mira celeritate detumescēte corpore, nec ullo tumore remanente in cute, facie etiam decorata rubore, surrexit de lectulo, benedicens et glorificans Creatorem, qui se revocasset a morte. Sana ergo ex hoc effecta, cœpit eos compellere illic eo die cibum sumere, nec aliter destitit, neque permisit eos domum suam exire, nisi prandio apposito ipsa eis circa frequens et misceret et ministraret.

CAPUT LXI.

De interitu filii qui patrem criminabatur.

Post hos autem dies fuerat quoddam furtum in rure Noviomagense admissum : cumque persona admissi facinoris quaereretur, juvenis quidam per iudicium eidem culpæ conocius compellabatur. Habebat autem idem juvenis eo tempore cum genitore suo quamdam contentionem, ob quam videlicet et insidias ei moliebatur intentare : tum ergo occasione reperta, et ^a satis accusare repellens a se hujusmodi opinionem, cœpit eadem super patrem velle dellectere. Ducuntur igitur in hujusmodi jurgium uterque in publicum, et conglobatis undique multis sistuntur in examine episcopi et comitis, ubi multa vicissim altercantes, satagebat filius magno opere in patre calumiam reflectere, e contra pater, ut res erat, innoxium se hujus facinoris esse defendebat ; atque in hunc modum contendebant coram duce atque episcopo. Tunc itaque vidimus impleri quod Dominus in Evangelio olim prædixit : *Exsurgent, inquit, filii in parentes, et odio eos afficient* (Matth. x, 21). Quidam ergo circumstantium partibus filii favebant, alii vero rectius quid promulgantes, non esse rectum credi filium super patrem judicabant. Cumque diu hujusmodi altercatio inter eos verteretur, nec facile aut temere a quoquam desiniretur, tandem episcopus cum duce accepto consilio, cum nullatenus possent rei veritatem cognoscere, iudicio eos committunt beatissimo confessori : Quia, inquit, nescimus cui ex his prius credi decernamus, tibi, sancte Eligi, cum Dei sententia hoc supplices iudicium committimus. Tunc statuentes utrumque coram sancti sepulcro, exspectabant per sacramentum Dei fore iudicium : et ecce repente diu juramentua

^a Satis accusare. Legendum, satis accurate.

coepisset promere, arreptus juvenis a dæmone collisus in terram est graviter, sicque se vehementer decerpens volutabatur miser, tremens, et spinans atque pallescens. Ex quo facto cuncti astantes attoniti, nimioque timore perterriti, Dei omnipotentis magnificabant judicium fieri. Sic ergo in publicum facinus manifeste prolatum ab ecclesia est discussum. Post hæc autem acerrime dnuque juvene castigato, condolentes multi pro eodem misero conveniunt patrem, ut pro eo simul facerent orationem, et ita prostrati omnes ecclesiæ ministri beatum confessorum rogabant innixe, ut quemadmodum eos audierat ad judicandum, sic iterum exaudiret ad miserandum. Cumque diutissime in prece persisterent, tandem miserante gratia Christi eflugata maligni infestatione, juvenis restitutus est sanitati.

CAPUT LXII.

De leproso mundato.

Erat præterea quidam leprosus ex longo jam tempore toto corpore tabidus, qui addiscens de multimodis beati Eligii miraculis, petiit se ex fide deduci ad ejus basilicam; ubi cum delatus fuisset, expectabat fore in se ex alto misericordiam. Cumque die una decumberet in terram omnibus pene dissolutis membris, vidit subito a parte sepulcri quemdam splendoris radium micare, atque in sua tabida et gelida membra mirum in modum resplendere, et protinus pavore magno percussus coepit repente calefieri, atque ubertim sudare; deinde cum totum corpus infunderetur ex humore manante, confestim cum ipso sudore veluti ^a quis ovum depellit exiens cuncta putredo lepræ nitidam ac mundissimam reliquit corporis cutem: et continuo exurgens qui fuerat æger, ita sanus atque illæsus ab ecclesia processit, ut nec vestigium quidem cicatricum in eo remaneret.

CAPUT LXIII.

De claudo sanato.

Alius nihilominus vir claudus effectus per plurimum tempus arcebat omnimodis gressu, repens bacterio corpore curvo; quique et ipse audiens eximia quæ gererentur a sancto viro miracula, adhibito itineris adminiculo delatus est ad ejus basilicam. Cumque tunc temporis instaret dies beati Eligii natalis, deportatus ille ad sepulcrum coepit flagitare remedium: et ecce superveniente nocte cum decumberet in pavimento æger, adveniens illico sanctus atque ad claudum inclinatus, coepit ejus extendere artus, quo nimirum fortius poplitem extrahente, nervosque complicatos propagante, prorumpens in voce claudus omnibus qui aderant incussit terrorem; quo diutius vociferante, cucurrerunt custodes ad eundem, multum ab eo sciscitantes quid sibi velint hujusmodi voces. Tunc ille interrumpens verba, manuque porrecta surgens cito a pavimento coepit ambulare libero gressu, collaudans et benedicens sanitatis suæ auctorem Dominum Christum.

^a Quis ovum. Acherius hoc loco monet forte legendum esse qui serum; sed id cujusmodi sit, non intelligo, nec dubium mihi est quin optima sit codi-

CAPUT LXIV.

De fure in basilica comprehenso.

Quadam itaque die, vergente jam ad vesperam sole, cum clerici consuetas explessent preces vespertinas, contigit ingruente negligentia ut omnes egredierentur basilica, cunctisque in diversis occupatis, nullus ad horam ex custodibus superesset introrsum; cum subito vir quidam conscientia sancius, cupiditate accensus, captato ut fur amico vesaniæ suæ secreto, velociter accurrat ad sepulcrum, et impellente nefanda cupiditate sollicitè huc illoque circumspiciens, cum nullum adesse cerneret, non timuit miser ex pendentis aureis, quæ illic pro ornatu sepulcri innumera dependebant, quædam clancule præsumere: sed cum unam ex catenis aureis, in qua dependere videbatur id quod rapere volebat, violenter ad se tractam rupisset, tantus mox ad trahentis impulsus sonitus prosilivit, ut custodes longe foris positi, sonitu ad se perlato, magnam quendam fragorem in ecclesia crederent exortum, unde et confestim veloci cursu ad ecclesiam properantes, inveniunt furem in ipso basilicæ limine cum direptis divinitus detinri, nec usquam prorsus gradum posse movere. Quem protinus circumvallantes, ipsum sonitum ad se delatum, vel quid illic ageret percunctantur; tunc vero miser furata in medium proferens, confiteri compulsus est se eisdem ablatiis silenter voluisse auferre, sed nullatenus potuisse extra limitem basilicæ pedem proferre. Sic ergo furtum cum pudore restituens, veniamque facinoris sui toto corde deposcens, et ex loco moveri potuit; et ab eisdem misericorditer dimissus, liber discessit.

CAPUT LXV.

Vir beatus quidam nimis anxio et auxilium a se poscenti apparuit.

Quodam vero tempore vir quidam sæcularis ex nobili genere, culpa vel parva interveniente infensum omnimodo hatebat principem, pro quo nimium ulciscendo offendiculo ducitur principis jura exsecutus in palatium; ubi dum sententia mortis ejus definiretur, traditur interim servandus Amalberto viro illustri, comiti scilicet Noviomageni: cumque aliquot dies sub ejus custodia degeret, coepit una die inter frequentiam famulorum vulgato sermone percipere, quod die crastina prolata adversum se sententiam capitalem exciperet. At ille hæc audiens cum nimium formidaret mori, nec ullum jam per fugium speraret evadendi, unum solummodo sibi credidit suffragari, si permitteretur noctem eandem apud sanctum Eligium pervigil ducere. Cumque rogasset et impetrasset, ardentè nimis accurrens ad mausoleum confessoris, totam pene noctem in lacrymis et gemitibus duxit, sibi ut eum oportebat patrocinari in crastinum sanctorum antistitem innixe supplicans; et factum est postquam matutinos hymnos ex more persolvit clerus, nimium vir præfatus ex

cuni lectio; sic enim ait scriptor lepram abacessisse ab ægri corpore ut ovi album ab eo separari solet quod flavum est.

defecatus subito obdormivit innoxius, et ecce A sanctus ei astitit Eligius, modestissimoque blande eum recreans consolari cepit, polliod crastina die ipse esset cum principe, et pro eadem culpa nullatenus poneret vitam, nisi indulgentia a principe accepta, illico abbas esset regressurus ad propria. Factumque postera die accitus prædictus vir in aulam abiit, sicut prædixerat vir sanctus, liber ab eo abiit, ovans ad propria est reversus.

CAPUT LXVI.

De monacho a pustula sanato.

propterea est ut non solum eas quæ ad sanum corpus ejus efficiuntur virtutes, sed et eas quæ per reliquias ejus procul aut prope ubi delatæ fuerint, declarantur, huic operi vel ro multis intexere. Itaque quæ narro in meo iusta sunt monasterio. Frater quidam ex his nostris ulcere pessimo, quod vulgo pustula percussus in faciem pessime laborabat. Erat in eodem monasterio oratorium quoddam in quo beati Eligii depositæ erant. Cum ergo is frater in lecto æger decumberet, et medendi ulceris congruum ferri opificium præparandoloe valde id frater ferens, rogat mox re igniti illius ferri operationem, et confidens meritis confessoris, rogat sibi deferri ex eo ad medendi gratia ante pignora præfati anependebat : quo mox allato faciem sibi et in surgentemque perunxit cervicem; et, o C tus post illius liquoris infusionem ita cancer ius alla foci appositione radicitus exsiccatus, templo deletus est, ut nec vestigium quidem in illius in faciem monachi relinqueret. D et illud quod solummodo auditu cognovi.

CAPUT LXVII.

De miraculo reliquiarum Turonis ostento.

adhuc beatus Eligius sub sæculari habitu Tururbe sancti Martini tumbam fabricaret, hæpitiuni in cujusdam matronæ dono foris in vico; quæ nimirum femina inspicens sanrum jugiter eximiiis operibus intentum, eo sumptus esset in omni opere bono, frequens ius, necnon et largissimus in pauperum cone, vere ut erat, Dei famulum credidit : et lam cum unus ex ministris ejus eum juxta tonderet, illa linteum quod capillos decidenperat rapiens, quæque ex capillis et barba e potuit linteo obvoluta in arcam sibi reponantiorum demum plurimi anni, ita ut penitus oblivionem hæc eadem femina duceret. Post vero sancti Eligii cum prædicta femina nocti a secreta silentia quiete se ageret, audiebat ius in suo cubiculo dulci modulamine celebrantium; et eum curiose ad hoc intenderet, um conspiciebat per quædam foramina ramimis micare luminaria : cumque crebro eamneret fieri, nimio pavore perterrita, non aum nocte in diversorio suo manere; nulla-

tamen recordari poterat de hoc quod aliquando ex fide condiderat. Evocato interea Agerico basilicæ sancti Martini abbate, causam ei per ordinem exponit, desens se non posse securam noctibus quiescere in domo sua. Accedens autem prædictus abbas ad domum in qua fiebat portentum, cepit inquirere a femina utrumne aliquando ibidem servorum Dei manserit quispiam, anne etiam ei oblatum esset aliquid a viris sanctis pro munere vel eulogiis, utrum vel ipsa non rapuerit aliquando aliquid minus ex sanctorum pignoribus. Tunc vero illa veluti per somnum, ut pote ex longinquitate temporum, sancti Eligii capillorum reminiscens, pectusque illico pugnis sæpius cædens, rei ordinem exponit, qualiter videlicet aliquando ibidem capillorum beati viri decisiones ex fide condiderat. Statim ergo perscrutantes loculum, repererunt easdem reliquias veluti aromaticis unguentis odoriferas, ut ipsas quoque collegerat illibatas. Tunc nempe liquido claruit, et meritis antiistitis quantum esset, et sæpe dictæ matronæ fides quantum Deo placuerit, ut post tot annorum curricula in eodem loco ex jussione divina ostenderentur miranda prodigia. Audivi enim quod postmodum in eodem domicilio elegans oraculum fuerit a fidelibus constructum : simillimum quoque et Noviomio gestum est nuper miraculum.

CAPUT LXVIII.

Simillimum Noviomio signum præmonstratum.

Anus itaque quædam in monasterio quod sanctus vir construxit Noviomio, quodam tempore decisiones similiter ex capillis ejus collegerat, atque panno obvolvens supra suum discubitum in machinile collocaverat : sed postquam vir beatus migravit de mundo, crebro cum cæcæ noctis tenebræ cuncta operirent caligine, micabat ex eodem loco radius quidam splendoris, qui nonnunquam in domo illustrabat tenebras noctis; quod cum sanctimoniales illic femine plerumque fieri cernerent, convocantes prædictam sororem, studuerunt ab ea percunctari quæ esset causa quod isdem splendor ab ejus lecto nocte micaret. Tunc illa pignorum sancti viri recordans, rem sicut gesta constabat, omnibus mirantibus, exposuit : at illæ hæc audientes protinus ad locum accedunt, easdemque reliquias auferentes digno in loco mox condunt, glorificantes et laudantes Deum, qui est fidelis in verbis suis, et tantam gloriam præstat sanctis suis.

CAPUT LXIX.

De monacho per amphibalum sanato.

Sed neque illud silendum puto quod in monasterio quodam Turonici rursi fratri cuidam contigit remedium. Inaque quidam illic monachus honorabilis inter suos, mihi que familiariter notus, ingruente morbo sua in viscera gravissime per dies plurimos laborabat, cumque nullatenus invalescere recuperareque posset salutem, inspiratus tandem Dei miseratione, amphibalum sancti Eligii, quod illic cum magna reverentia servabatur, super se imposuit; quo nimirum ex fide amictus, et aniles artus cunctaque membra sevo languore defessa baculo regente sustentans, communionem Christi recipit; et postquam hæc egit, ita

sanus atque incolumis est redditus, ut plus demum A
convaluerit quam fuerat ante vegetatus.

CAPUT LXX.

Item de alio a tertiano typo sanato.

Alius etiam frater in monasterio meo infuso cor-
pori tabo a tertiano typo gravissime vexabatur : qui
cum per dies multos morbo inualecente nimium at-
tereretur, cunctaque ejus membra validum tremula
quatiendo pene dissolveret, unus ex diaconibus mo-
nasterii habens apud se reconditum quoddam lin-
teum, quod beatus Eligius aliquando habuerat in
corporis usum, explorata tremoris illius hora detulit,
cumque super pectus ægri imposuit ; quod postquam
tertio fecit, satagens nimium æger cœpit sudare
atque rubere, vehementi etiam singultu pectus qua-
liente omnem continuo abundantiam fellis evomit, B
sicque demum Christi gratia miserante convalescens,
pristinam sanitatem recepit.

CAPUT LXXI.

*Clericus quidam sancti pignora venditans incendio
circumvallatur.*

Illud etiam magnopere adjiciendum putavi quod
vir quidam, haud procul a confinio Rhemensis urbis
habitans, desiderio religiosæ mentis concepit, ut
basilicam in honore sancti Eligii in prædlo suo ædi-
ficaret : quam cum consummasset, pignoribus sacris
ejusdem confessoris decorari cupiens, ad municipium
Noviomagense perrexit; quo cum pervenisset, reli-
quias poposcit, expositasque impetravit : sed
cum ab oppido propere vellet, conveniens quidam
clericus, stimulis cupiditatis agitatus, cœpit eum C
violenter detinere, dicens non se permittere eum
gratis cum reliquiis exire, nisi sibi aliquid pro eis-
dem munus præberet. Tunc præfatus vir ut ex ma-
nibus ejus citius evaderet, munusculum quoddam
quod ad præsens apud se habere potuit, non sine
mœrore ei tribuit. At ille avidissime oblata præri-
piens, sine aliqua tarditate intra gremium sibi abscon-
dit. Nec mora, et immisso divinitus igne cœpit subito
pectus cum vestimentis ejus vasto incendio conflag-
rare, ita ut protinus compelleretur immensis voci-
bus clamare, dicens : Parce, sancte Eligi, quia ego
miser nunquam jam doinceps tale quid agere præ-
sumam. Mox autem circumstantes propere ei vesti-
menta fumigantia auferunt, munusque acceptum via-
tori restitunt; ipsum etiam penitentem multaque
desistentem ad confessoris tumbam reducunt ; ubi oleo
delibutus, vix tandem sedato incendio a tormento
est liberatus. Hoc autem idcirco evenisse non am-
bigō, ut per hæc facilius obtundatur, imoque con-
fundatur rapacitas, cupiditasque similitum, eorum
duntaxat qui non verentur importune pecunia ac-
cepta sanctorum pignora venundare. Cesset ergo,
quæso, jam hoc in omni loco contagium, ne contin-
gat ea facientibus simile incurrere incendium.

CAPUT LXXII.

De cæco et claudo sanatis.

Adjiciam quoque et illud quod viro devoto Frœ-
degisilo presbytero narrante cognovi. Quidam enim,

ut aiebat, monachus Novimo veniens reliquias beati
Eligii secum detulit, quas nimirum ut decebat cum
magna reverentia basilicæ indidit, atque post aliquot
dies duo viri, unus cæcus, alter vero claudus, fide-
liter illic excubantes, solo sancti interventa sanati
sunt : nimirum cæcus lumen, claudus gressum reci-
piens, post adeptam medelam regressus est uterque
ad loca propria. In alia nihilominus basilica, quæ ad
ejus honorificentiam in regione Aquitanica miro ele-
gantique opere fuerat ædificata, similiter vir quidam
pede claudicans medendi gratia advenerat : qui cum ex
oleo quod ante venerandum altare consuevit ardere
fuisset perunctus, nervorum vinculis resolutis et ipse
sanatus est.

CAPUT LXXIII.

De leuita sanato.

Inter hæc autem nec illud prætereundum est, quod
quidam diaconus propter vulnus pessimum in ore,
in extremitate, scilicet, dentium, susceptum, graviter
per dies plurimos laborabat ; in tantum denique ul-
cus illud invaluerat, atque ita fauces ejus vehementia
tumoris obstruxerat, ut per septimanam continuam
neque panem edere neque ullum cibum sumere præ-
valeret. Hic namque cum nullum prorsus remedi-
genus adipisci posset, ad sancti se patrocinia Eligii
convertit, et adiens basilicam quam eo in loco ve-
neranda ejus illustrabant pignora, præmissa ora-
tione, cœpit ex fimbriis chrisimalis quo tegebatur
reliquiæ fauces suas et guttur turgidum perficere ;
postquam nimirum palpationem erumpens vulnus ex
ore, omnem putrem saniem illius funditus rejecti,
atque ita digesto extemplo vulnere, sanus demum
diaconus omni permansit in corpore.

CAPUT LXXIV.

De monacho a dolore pedis sanato.

Itemque frater quidam ex monachis beati Eligii,
quodam tempore podagrico in pede humore percu-
sus decumbebat in lecto, tumidus in tantum, ut ni-
latenus sufferret pedem suum in terram ponere. Is
namque post tandem confidens de meritis confessoris,
melotem beati Eligii, quam pro magno munere apud
se servabat, devotissime sibi imposuit, atque ex qua
ora pedem tumidum et immobilem mulcendo atque
contigit; post cuius, videlicet, contactum detame-
scentis pede, gressum pristinum recepit, et ita de-
mum a prædicto podagrico humore illæso permansit,
ac si nunquam antea expertus fuisset. Jam vero
in calce libri dignum putavi adjiciendum illud quod
ad ejus lectum declaratum fuit miraculum.

CAPUT LXXV.

De miraculis ad lectum ejus ostensis.

Cum vir beatus in Compendio villa regali frequen-
tius esset solitus adventare, providerat sibi hospitium
ultra fluxum Hisare in ejuşdam viri domicilio ve-
culo Waldoleni ; quo, videlicet, in loco eandem
rumque vel redeundo, consueverat divertere ad man-
dandum. Postquam ergo migravit de mundo, præ-
dictus hospes ejus minime reverens, postificis statu-
tum, destruxit per incuriam lectulum, parvipendens
tanti viri discubitum, spondam etiam lectuli, quam

sepius triverant manus sancti, suppedaneum a limitibus fecit, sequé cum conjuge in eodem loco quo vir beatus pausaverat, sine ullo cunctamine collocavit: et ecce ipsa nocte vehementi febre correptus, cepit protinus tædiare, tremere, sudare ac pallescere; pedes quoque qui lectuli calcaverant spondam, ceperant fortuito condolere, nimioque fervoris ardore aggravari, ita ut a gressu penitus compelleretur arceri. Cumque hujusmodi artum torqueretur cruciatibus, visum est conjugi ejus in visu ut amoveret se uterque quantocius ab illo discubitu, spondam etiam, quam negligenter prefece-
 rant, in loco pristino restaurarent, atque omne stratum sicut fuerat diligenti cura componerent: sed illa negligenter visionem obliviscente, vir ejus atrocius cruciatur dolore, et sequenti nocte etiam ipse admonetur quod nisi se cito a lecto submoveret, severius jam ex hoc corripere-
 tur. Tunc ille post transactam visionem moderata in se quantulumcumque febre, surrexit ut valuit festinus, et spondam lectuli illico recollegit, quam diligenter lotam in eo loco unde exierat restauravit, lectulumque et prius fuerat circumquaque composuit; sicque se deinceps a discubitu illo removens, prioris facti cum multa satisfactione penitentiam gessit, atque ita denam sanitatem recipere meruit. Deinde jam hoc miraculo latius crebrescente, undique ceperunt adventantes eo in loco munuscula inferre; ceperunt etiam illic virtutes crebrius declarari populique conventus frequens ibidem fieri: quod factum magna cum admiratione cernens homo, relicta protinus domo, in alio se juxta contulit tabernaculo, suumque diversorium hospitium perpetuum in ævo concessit Eligio. Et ecce jam domo viri diruta, basilica ibi constructa, lecto mirifice exornato, condignum iam æternum possidet Eligius hospitium: quem videlicet locum Clemens pontifex Belvacensis sub suo habet regimine, et multa ibidem jugiter exerceantur miracula, ex quibus nunc duo tantummodo brevitate studio præpropere commemorabo.

CAPUT LXXVI.

De correctione regis Lotharii, et dolore ab eo sublato.

Die igitur quadam duo reges germani, Lotharius, scilicet, et Theodoricus, egressi penes palatium gratia illic orationis divertunt; ubi oratione facta, cum redirent ad regiam, prævenientes eos quidam optimatum, dabant salubre consilium ut aliquid elemosynæ ob sancti venerationem eidem loco tribuerent; sed rex senior in promptu contemnens neglexit hoc verbum, junior vero majore foris prægresso, solidos illic posuit cum voto ex radianti metallo: deinde ab eo loco uterque properans cum ingressus fuisset palatium, cepit subito item rex Lotharius infusa corpori febre vehementer angere, et conglobato undique omni corporis ardore ac simul repente in capite deficiente, cepit ardentissimo dolore dentium illico cruciari. Cumque noctem illam in maximis transgisset angustiis, facto mame negligentiam recordans hæteranæ diei, ad præsidium sancti confugit Eligii,

* *Li nites.* Forte, liminis, ait Acherius; mihi et

A et ubi pridie fratre largiente sua, nihil obtulerat sponte, ibi jam coactus tamen ut mereretur medellam multos ex publica moneta misit solidos per creditam personam; et protinus cum donum illic elemosynæ illatum esset, confestim ab eo discedens dolor, sine ulla mora sanitatem recepit.

CAPUT LXXVII.

Puella perjurans defungitur.

Sub eisdem ferme diebus puella quædam desponsata, instigante per carnis fragilitatem diabolo, a quodam mœcho fuerat fœde corrupta, quam ejusdem sponsus causatus utcumque suspectamve addicens, cepit ab ea extorquere, ut se per juramentum ab hac suspitione idoneam redderet; at illa ut pote adultera nihil trepidans, securam se istud sacramentum posse transire gestiebat. Constituit ergo eidem ejus sponsus, ut ad lectum beati Eligii hanc fidem sola persolveret; quod illa audiens facile id sibi fieri præsumit. Cumque illic uterque adventasset, illa proterva et insolens sine ullo metu ad sancti lectum accurrens, cepit absque terrore id quod exigebatur jurare; sed mox ut manum lecto imposuit, illico tabescente corpore deorsum ruens, quasi defectis pedibus in terram corruit: quam cum vellent circumstantes erigere, tremens illa et spumans inter manus eorum decidit, atque ita demum lugubriter expiravit: quod ejus pavidus cernens sponsus, consternatus, et ipse potentiam Christi et judicium sancti magnificavit, et sic deinde ad domum propriam non sine metu discessit.

CAPUT LXXVIII.

De miraculo similiter ad altum ejus lectum ostensio.

Multæ et aliæ ibidem, jubente Domino, ejus meritis operantur virtutes, inter quas etiam et cecidillus exundante ubertim oleo superfunditur, ex quo sancto liquore multi illic peruncti a diversis sanantur incommodis, et benedicuntur ibi nomen Domini Salvatoris. Hæc omnia quidem in Compendio geruntur; sed et aliud nihilominus ejus lectum, quod situm est in monasterii sui prædio, loco nuncupante Victuriaco, virtutes similiter declarantur, et diversæ sanitates efficiuntur: quæ omnia ex ordine onerosum ducimus verbis prosequi, et idcirco ea his paucissimis syllabis complexi sumus, quia magnoperè jam a locutione cessare festinamus.

CAPUT LXXIX.

De multimodis miraculorum signis, quæ quotidie ad ejus ostenduntur memoriam.

Succurrunt hoc loco adhuc beati viri nonnulla miracula, et diversis quidem in locis, sed præcipue ad ejus sacratissimum corpus declarata, quæ si diligenter ut gesta constant nunc enotare coram fuerimus, et modum voluminis excedimus, et pro ipsa forsitan prolixitate fastidium legentibus irrogamus. Idcirco ergo ea quæ hactenus prosecuti sumus, ut pote sufficienter, contenti simus, pro illis vero quæ nos minus enarravimus, palam omnibus fidem præstant cernentibus illa multimoda compeditorum vincula, quæ Irodie ad ejus tumbam in argumento locus mendosus videtur, et emendatio satie placet.

rerum monstrantur appensa; ex quibus nos nimirum in hoc opere aut pene pauca aut certe nulla commemoravimus, pro eo duntaxat quod in præsenti omnium exposita, sicut nos totum, ita et omnes nosse non ambigimus. Plurimæ namque catenæ, ut cunctis liquet disruptæ ac compedes illic monstrantur dissipati, cippi etiam fracti, et claudorum bacterii in argumento ostenduntur. Dæmonum vero expulsio, et cæcorum illuminatio, solo sanguinis indicio declarantur in pavimento: et hæc quidem tam multa infra paucum tempus constant gesta; illa vero quæ deinceps per proluxa temporum spatia sunt gerenda, quanta fiant et qualia, quis modo æstimatione comprehendat, cum nusquam a præsulis tumba hodieque cessent fieri gesta? Nam ut in multis assolet, declarata jam miracula nunquam operari desistit, sed quotidie undique ægri veniunt, et ibi excubantes sanantur, ferro vincti confugiunt et solvuntur, claudi carrucis advecti consolidatis ibi gressibus ad propria revertuntur; perjuri veniunt, et aut moriuntur, aut dæmonio vexantur; dæmoniaci veniunt et liberantur, cæci veniunt et illuminantur; multæ etiam sanitates ex eo qui illic crescit olei liquore perficiuntur, ita ut quacunque quis teneatur infirmitate, cum ex eo perunctus fuerit, statim, fugiente tabo, incolumitatem pristinam, præstante Domino, recipere possit.

CAPUT LXXX.

Apologeticum.

Sed quia, largiente Domino, digessimus utnunquam opus optatum, nunc lectorem quaesumus, ut vilitatem nostri sermonis non usquequaque despiciat, quia et fortassis potuit eloquentius oratio promi, sed studiose valde ita stylum correximus, ut rem potius quam verba legentibus commendaremus; et maxime hoc opus cothurno tumentis eloquii nullatenus inflari debuit, quod de tanti antistitis humilitate manavit; meque devotum potius quam audacem fuisse præsens pagina ostendat, quia non præsumptione virium sarcinam tantæ molis arripui, cum scirem indignum esse tam luculentæ rei exiguum pusillumque fieri auctorem. Sed cum sim debitor decem millium talentorum, vel exiguum donum a quo accepi reddere festinavi, culpam, scilicet, silentii metuens incurrere, si agnita miracula ut piger servus tacendo occulerem, atque idipsum parvi fomitis nutrimentum quod in me potuit doni cælestis olei reperiri nefas esse putavi muti tenacitate silentii præterire, ne unius talenti traditam quantitatem dum studerem cautius custodire, culpa defossæ pecuniæ non carerem. Idcirco ergo optimum fore putavi ut ipsam talenti exiguitatem, quam ab Omnipotente accepi, in laude sancti, ad gloriam Omnipotentis, expenderem, utque id quod ab eodem indignus accepi, eidem subjectus impenderem. Quamvis etenim hunc beatum virum consultius mihi fue-

* Quæ textui inserimus capitula sanctum Audoenum in calce ex hoc loco patet edidisse. Hoc gravius est, quod scriptor subdit, collecta a se in fine fuisse testimonia sacrarum Scripturarum quæ Eligius

rit mirari quam loqui, tamen, ardore dilectionis actus, plus in illo quid velim quam in me quid possim consideravi, unde nunc, quaeso, nemo de vobis derogat quod laudem nominis ejus crebrius ingenitaverim, cum scriptum sit: *Laudemus viros gloriose*; et cum has easdem laudes flagrans amoris magnitudo exigoret, quia revera nec est jactantia deputandum, sed gratiæ quidquid non virtuti hominis ascribitur, sed de Dei munere prædicatur; Dei est, inquam, Dei omne quod per ejus famulos geritur, quoniam ex illo vitæ fonte trahitur quidquid in præsentiarum hauritur.

Porro ne lectorem styli latioris copia fatigarem, compendium facere volui, ut subnexis capitulis quod nosse quis velit, mox sine tarditate inveniret: necnon et illud utile ac salubre prospexi consilium, ut quæque testimonia vir sanctus divinæ lectionis prædicans memorabat, quæque etiam equidem meminisse potui, velut pretiosas adjiciens gemmas, opus patratum solidarem atque exornarem. His itaque singulis ita dispositis hunc librum contra omnes æmulos tuæ, Christe, defensionis commendo, tibi quoque devotionis meæ suppliciter dicta committo: tibi etiam inter hæc et per hæc omnia mea lingua pio ut valet affectu reddit præconium, qui contulisti præsidium, quo posset patrare opus optatum. Tibi ergo laus, tibi gloria, tibi honor, Creatori et Recreatori hominum Jesu Christo Domino nostro, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA AUDOENI

AD ROBERTUM.

Domino sancto et a nobis in charitatis vinculo jugiter amplectendo, Rodoberto papa, Dado salutem.

Vitam beati Eligii, quam nuper, frater charissime, descripsimus, per præsentem latorem strenuitati argutiaque vestræ concertandam direximus. Quæsumus ergo ut, sepositis paululum curis exterioribus, studium illic adhibeas quantocius, et si quid forte aut mea aut notariorum incuria in verbis, vel syllabis, incompositum, aut minus aptum deprehenderit, juxta prudentiam tibi collatam studiose emendes, nobisque demum emendata restaures. Vale in Domino, et noli, frater, differre quod quaeso.

EPISTOLA ROBERTI

AD EUNDEM AUDOENUM.

Domino vere sancto, culmine apostolico sublimato, mihi quoque modis omnibus venerabiliter præferendo, domino et Patri Dadoni papa, Rodobertus peccator.

Decreveram quidem gratificæ jussioni vestræ, venerabilis Pater, obtemperare, nisi imperitiæ meæ prudentia vestra in dictando studio tantopere obviasset. Totum itaque volumen, quo Vita sancti continetur Eligii, a summis ad ima usque solerti, ut jusse-

inter docendum adhiberet; hæc enim satis constat eadem esse quæ nunc exstant c. 15 lib. II, adeo ut nemini dubium esse queat quin hæc Vita multis locis interpolata sit.

ras, cara quidem percurrrens, nihil quinino quod A gaveris, ventilaveris, celsoque in sublime fare sustuleris. Unde equidem animo jam meo ex ejus ubertate refoto, exemplari etiam integerrimi voluminis fratribus mihiq̄ confecto, totumque demum volumen illibatum sanctitati vestræ remissum. Orationum vestrarum supplex quæso suffragium, domne, semper, Dado.

S. ELIGII

NOVIOMENSIS EPISCOPI

HOMILIÆ.

HOMILIA PRIMA.

IN NATALI DIE DOMINI

De pace servanda et de elemosyna.

Ad aures vestræ charitatis, o domini et fratres mei afflictissimi, primam nostræ locutionis vocem incipiens emittere, et more infantium balbutientium quasi imperfecta verba formare, quo primum ut exordio, aut quis meum os nimia clausum imperitia superiet primus sermo? Vel quæ linguam meam tartaricis ligatam nexibus, absolvet oratio? Certe, cum Dei gratia, vestris suffragantibus meritis, oratio! Oratio, inquam, non illa quæ est oratorum, id est, elocendi peritorum, et arte constat, ac promitur eloquentia, sed quæ est devotorum Christi, scilicet, humilium, et in conspectu ejus, mente effunditur benigna, et a benigno Domino auro percipitur et acceptatur placida. Quam nunc quoque a mea parvitate coram ipso prolatam efficiet exaudibilem sancta charitas a qua, ut me humilem huic Ecclesiæ constitutum præselem vestris dignemini illi commendare precibus in cujus manu et sermones nostri et nos sumus, totis præcordiorum depono nisibus. Adestote ergo, fratres, votis meis, adestote piis conatibus, adestote precibus. Convenio namque vos, verbis Doctoris gentium, beati Pauli apostoli, quibus inter cætera Ephesios hortatur dicens: *Per omnem orationem et obsecrationem, orantes omni tempore, in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me, ut detur mihi sermo in aperitione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium Evangelii (Ephes. vi).* Vestris igitur sanctis orationibus a Deo me exaudiri posse confusus, jam nunc effundo in conspectu ejus orationem meam, et supplex, ejus benignissimam imploro clementiam dicens: *Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam (Psal. l.); et ne offendam in verbo, et ne peccem tibi, pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis (Psal. cx).* Itemque in me impleri exoptulo *ut audiam quid loquatur in me Dominus Deus (Psal. lxxxiv); et ut ipse in vobis illud adimplere dignetur quod subjungitur, quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Ex his ergo verbis, nostræ orationis initium sumam de istius per Psalmistam (a sancto Spiritu) prolata

B dulcedine promissionis; et ad vos incipiat de pace servanda admonitio salutaris; quæ posco firmiter hæreat animis vestris; ac prins in commune, communem Dominum deprecemur, ut ipse secundum pollicitationem suam, in nos (hoc est, in cor nostrum) loqui dignetur; et det vobis probare idem, cognoscere et intelligere, *quæ sit voluntas ejus bona et beneplacens et perfecta (Rom. xii); et dicatis ei cum Psalmistâ: Dirige nos in veritate tua, et doce nos, quia tu es Dominus salutaris noster (Psal. xxiv).* Itemque: *Docce nos facere voluntatem tuam (Psal. cxlii), ut nos, faciendo quod præcipit, eum loquentem illis audiamus auribus quas in Evangelio requirit, dicens: Qui habet aures audiendi audiat (Matth. xi; Marc. iv; Luc. viii).* Ille nos de se semper loquentes, et ad se de quacunque tribulatione clamantes audiat, clementer exaudiat; ac, depulsa omnium inimicorum nostrorum instantium tam visibilibus quam invisibilibus æra quam pro peccatis nostris juste patimur adversitate, *loquatur et faciat pacem in plebem suam, et super sanctos et in eos qui convertuntur ad cor (Psal. lxxxiv);* quam ita demum promerebimur si *servare unitatem Spiritus in vinculo pacis studeamus (Ephes. xliii).* Unde vos et unumquemque vestrum una mecum admonere volo, ut quia, secundum Apostolum, omnium Christianorum unum corpus et unus spiritus debet esse, ut unus est nobis Dominus, una fides, unum baptisma (Ephes. iv), ad unam spem vocationis nostræ, unita cum proximis mente, curramus. Enim vero quam Domino gratum, et quantum sit bonum D illius quæ ex Deo eat pacis et concordix, hodierno die patefecit nobis manifestissime unanimiter concinens chorus cælestis militiæ, cum, nato eo qui pacificaret cælestia cum terrenis, pro tam jucunda lætitia nostræ reparationis, suæque ac nostræ unanimi-tatis, concordi cecinit voce: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (Luc. ii).* Et quidem pulchre, nato illo de quo propheta olim prædixerat quod inter cætera nomina tanto puero digna vocaretur *Princeps pacis (Isai. ix), et certe ejus pacis, cujus non erit finis, nuntiatur ab angelis, in terra pax hominibus bonæ voluntatis (Luc. ii); quæ pax alia non est quam ille qui hodie nasci dignatus est. I, se enim eat pax nostra, secundum Apostolum, qui facit*